BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
14
25 R
17

INDEX RVBRICARVM QVAE IN HOC VOLVMINE CONTINENTVR.

RVBRICAE PRIMI LIBRI.

DE CVLTV DIVINO.

De cultu Diuino, & Magiſtratibus. Rub. 1. 2
De fide Chriſtiana tenenda. Rub. 2. 2
De Cereis afferendis. Rub. 3. 2
De veneratione, & cuſtodia dierum Dominicorum, & Feſtiuorum Rub 4. 2
De feſto Corporis Domini Noſtri Ieſu Chriſti celebrãdo Rub. 5. 2
De celebratione feſti Sancti Victoris de menſe Maij Rub 6. 3
De viſitatione Eccleſiaſtica per Officiales Terræ Caſtri Fidardi. Rub. 7. 3
De electione facienda de Poteſtate, ſeu Rectore Terræ Caſtri Fidardi, & de arbitrio eligentium. Rub. 8. 3
De reuerentia, & fidelitate Sanctæ Matris Eccleſiæ Rub. 9. 3
De iuramẽto, & officio Poteſtatis Terræ Caſtri Fidardi Rub 10. 3
De iuramento, & officio Vicarij Notarij, & familiarum Domini Poteſtatis dictæ Terræ Rub. 11. 4
De electione, & iuramento, & officio Cancellarij Rub. 12. 5
De iuriſdictione Poteſtatis, & officialium noſtri Cõis. Rub. 13. 6
De ſalario Poteſtatis, & officialium per augumentum, ac vſurpatinas actiones non ampliando. Rub. 14. 6
Quòd prædicti officiales teneantur ſeruire perſonaliter, & non per ſubſtitutum. Rub. 15. 7
De pœna officialium, & ſalariatorum abſentantium abſque venia Rub. 16. 7
Quòd Poteſtas teneatur exigi facere omnes condemnationes, & collectas Rub 17. 7
Quòd Poteſtas, eiuſque officiales, & Cancellarius noſtri Communis teneantur executioni mandare præcepta Dominorum Priorum. Rub. 18. 7
Quòd Poteſtas teneatur obſeruare omnia ſtatuta, tã facta, quàm ſuo tempore facienda. Rub. 19. 8
Quòd officialis miſſus ambaſciator pro Communi, non habeat niſi expenſas Rub. 20. 8
Quòd Poteſtas, & eius officiales non reſirmentur. Rub. 21. 8
Quòd Poteſtas, & eius officiales, & familia non ſyndicentur infra tempus ſui officij. Rub. 22. 8
De modo ſyndicandi Poteſtatem, & eius, & noſtros cæteros officiales. Rub. 23. 8
De modo eligendi Syndicatores. Rub. 24. 9
Quòd officiales nihil percipiant ſine pretio per ipſos ſoluendo. Rub. 25. 9
Quòd Poteſtas, vel officialis eius non prorumpant inhoneſtè dicto, vel facto contra Priores. Rub 26. 9
De electione Conciliariorum Concilij generalis, & eorum iuramento, & Poteſtate. Rub. 27. 9
De electione Dominorum Priorum, & iuramento, poteſtate, priuilegio, & ſtipendio, & de electione Cammerarij Rub. 28. 10
Quòd Domini Priores, & alij officiales ſimul intereſſe debeant Miſſæ celebrandæ in introitu eorum officij. Rub. 29. 11
Quòd Poteſtas, & Priores teneantur diſcordias, & inimicitias componere Rub. 30. 11
Quòd nullus poſſit eſſe Prior, qui non habitaſſent ipſe, & ſui anteceſſores à xxx. annis citra in Caſtro Fidardo Rub. 31. 11
Quòd Priores eorum durante officio non debeant aliquid deliberare circa pecunias ſibi debitas à Communi Rub. 32. 12
Quòd Priores eorum durante officio non poſſint conuenire, neque conueniri Rub. 33. 12
Quòd habens cauſam cum Communi, non poſſit eſſe Prior durante cauſa prædicta. Rub 34. 12
Quòd Priores non poſſint facere eorum debita regiſtrari, neque aliquod officium recipere, neque dare alicui cauſas gratia. Rub 35. 12
Si quis recuſauerit exercere officium Prioratus priuetur ipſo officio. Rub. 36. 12
De Concilio publicæ vtilitatis quolibet ſemeſtri conuocando. Rub 37. 13
Quo ordine propoſita deducantur in Concilio. Rub. 38. 13
Quòd nullus ex Cõciliarijs arrengare debeat ſuper negocio proprio, vel ſuorum attinentium Rub. 39. 14
De pœna dicentis alicui Conciliario aliquam iniuriam arrengando, & econuerſa. Rub. 40. 14
Quòd nullus audeat quicquam dicere, vel facere palam, vel occultè contra noſtrum Commune. Rub. 41. 15
De partitis perditis amplius non remittendis. Rub. 42. 15
De introitibus, & exitibus Communis in fine Prioratus legendis in Concilio generali. Rub 43. 15
De ratiocinatoribus Communis eligendis. Rub. 44. 15
De officio generalis Syndici noſtri Communis. Rub. 45. 16
De Bucinatoribus, & eorum officio. Rub. 46. 16
De pœna Baiuli vendentis, vel pignorantis pignora. Rub. 47. 16
De renouatione fumantium, & eorum cenſura. Rub. 48. 17
De nouis terrigenis recipiendis. Rub. 49. 17
De hominibus eligendis pro conſeruandis vijs, & alijs ædificiis Communis. Rub. 50. 18
De Ambaſciatoribus eligendis, & eorum ſalario, & mercede. Rub. 51. 18
De Ambaſciatoribus dãdis alicui noſtro terrigenæ. Rub. 52. 18
De pœna mutantis ambaſciatam, & Communis credentiam reuelantis. Rub. 53. 18
De pœna Ambaſciatoris Communis, qui impetraret aliquas literas, ſeu procuraret ſimul alienum factum præter ſibi commiſſa à Communi. Rub. 54. 19
De vexillo, ſiue confalono habendo in Communi, & ipſius conſeruatione. Rub. 55. 19
Quòd Syndicus Communis teneatur videre fontes, & alias res

† 2 noſtri

De beſti i Communis. Rub. 56. 19
De Muſico per Commune habendo. Rub. 57. 19
De Magiſtro gramatices conducendo. Rub. 58. 19
De acquirendo mareſcalcum per Commune. Rub. 59. 20
De fraternitatibus, & licitis Collegijs Rub. 60. 20
De renouatione Cataſti. Rub 61. 20
De Archiuio, & capſa Communis pro conſeruatione Priuilegiorum & ſcripturarum. Rub. 62. 20
De regiſtro Communis Rub. 63. 20
De cippo Communis conſtituendo, & de pecunia in eo reperta. Rub 64. 21
De ſigillis habendis in Communi, & de eorum conſeruatione. Rub. 65. 21
Quòd eligantur duo boni viri defenſores iurium pupillorum, adultorum, & mente captorum. Rub. 66. 22
De modo ſcribendi bladum, legumen, vinum, & beſtias pro collecta ſoluenda. Rub 67. 22
Quando, & qualiter imponantur collectæ pro taleis Communis perſoluendis. Rub 68. 22
De fauore communibus rebus exhibendo à literatis, nec in contrarium patrocinando. Rub 69. 23
De exemptionibus, & immunitatibus non concedendis præter deliberationem Concilij Rub. 70. 23
De cuſtodia Terræ, & diſtrictus Caſtri Fidardi. Rub 71. 24
De clauibus portarum retinendis per Priores. Rub. 72. 24
De Bayulis, & eorum officio. Rub. 73. 24
De capitulis inter Communitates Caſtri Fidardi, & Ciuitatis Auximi. 25

RVBRICAE SECVNDI LIBRI
DE CAVSIS CIVILIBVS.

De in ius vocãdo, ſiue de citationibus in Ciuilibus. Rub. 1. 27
De præcepto in confeßis faciendo. Rub 2. 28
De ordine litigandi cõtra præſentes, & de dilationibus. Rub. 3 28
De ſummarijs cognitionibus, & capitibus ſolidorum. Rub 4. 29
De iuramentis præſtandis. Rub. 5. 31
De modo procedendi contra contumaces. Rub 6. 32
De debitore ſuſpecto capiendo, & de ſequeſtratione. Rub. 7. 34
De executione inſtrumentorum, ſententiarum præceptorum, teſtamentorum, arbitrorum, contractuum, ſeu aliorum obligationum, & voluntatum. Rub. 8. 34
De executione priuatæ ſcripturæ, & qualiter fiat comparatio literarum. Rub. 9. 35
De arbitris, & arbitramẽtis, & quæſtioribus eductorũ R. 10. 36
Quòd gradus conſanguinitatis, & affinitatis numeretur ſecundum ius Canonicum. Rub. 11. 36
De tenutis à debitoribus voluntariè datis. Rub. 12. 37
Quòd creditores teneantur recipere tenutam à ſuis debitoribus. Rub. 13. 37
Quòd forenſes ſatisdent de reconueniendo iudicio ſiſti, & iudicato ſoluendo, ſi petat aliquid cõtra terrigenam, & aliter non audiatur. Rub. 14. 37
De actione non cedenda forenſi. Rub. 15. 37
Quòd nullus de Caſtro Fidardo poßit conuenire aliquem de eadem Terra extra Terram Caſtri Fidardi. Rub. 16. 38
Si quis fecerit contractum, ſiue debitum cum aliquo forenſi, & alter terrigena damnũ ſubſtinuerit, cogatur de facto ad conſeruandum indemnem. Rub. 17. 38
De principalibus prius conueniendis, & fideiuſſoribus conſeruãdis indemnibus. Rub. 18. 38
Quòd per Rectorem ſententia debeat ferri infra xv. dies de quæſtione, & licentia intrandi poſſeſſionẽ, & tenutã Rub. 19. 39
Quòd credatur Hoſpitatori, Mercerio, & Speciario, ac ſimili Apothecario, vſque ad viginti ſol. Rub. 20. 39
De pœna petentis debitum iam ſolutum. Rub. 21. 39
De æſtimatione alicuius rei fienda. Rub. 22. 39
De vẽditiõe rerũ mobiliũ, & imobiliũ i fraudẽ vſurarũ. R. 23. 39
De licentia danda alicui intrandi poſſeßionem. Rub. 24. 40
De venditione rerum mobilium, & ipſarum pretio incontinenti ſoluendo. Rub. 25. 40
De bonis minorum xxv. annis non alienandis, niſi certa forma ſeruata. Rub. 26. 40
De tutoribus, & illis q primo debeãt admitti ad tutelã. R. 27. 41
Qualiter contutores addantur. Rub 28. 41
De ratione reddenda à tutoribus, & curatoribus. Rub. 29. 41
De curatore prodigi, ſeu furioſi, vel mente capti. Rub 30. 41
Quòd nulla mulier cogatur intrare Palatium occaſione cauſæ ciuilis, vel criminalis. Rub. 31. 42
De cautela fienda de dote recepta. Rub. 32. 42
De renunciationibus factis à mulieribus. Rub. 33. 42
De renunciationibus mulierum dotatarum. Rub. 34. 42
De renunciationibus factis à mulieribus de bonis paternis, & maternis Rub. 35. 43
De renunciationibus factis à mulieribus in contractibus mariti. Rub. 36. 43
De tertia parte dotis apud virum remanenda, & quòd mulier nõ poßit contrahere ſine conſenſu viri. Rub. 37. 43
Quod fructus in re dotali non computetur in dotẽ. Rub. 38. 43
De mulieribus ad ſecundas nuptias tranſeuntibus, vel aliter luxuriantibus. Rub. 39. 43
De muliere dotata. Rub. 40. 44
De decedentibus ab inteſtato ſine filijs. Rub. 41. 44
De ſubſtitutionibus. Rub. 42. 44
De negatione, & probatione filiationis, & paternitatis, vxoratus notariatus, & ſimilium. Rub. 43. 45
De ceßionibus, & donationibus. Rub. 44. 45
De Notario qui debet ſcribere aliquod inſtrumentũ. R. 45. 46
De copia inſtrumenti diuiſionis danda. Rub. 46. 46
Quòd plena fides adhibeatur rogitis ſicut inſtrumentis publicis, & de pœna negantium aliquem eſſe Notarium. Rub. 47. 46
De protocolis Notarij defuncti. Rub. 48. 46
Notarius cui commiſſa ſunt protocola, ſcribat ſecundum formam protocoli. Rub. 49. 47
De rogationibus Notariorum mortuorum, vel forenſium publicandis. Rub. 50. 47
De præſcriptionibus. Rub. 51. 47
De modo, & ordine ſoluendi pro petitionibus, & alijs ſcripturis ad ciuilia pertinentibus. Rub. 52. 47
De feriatis diebus. Rub. 53. 48

RVBRI.

RVBRICAE SECVNDI LIBRI
DE CAVSIS CRIMINALIBVS.

DE modo procedendi in maleficijs. Rub. 1. 49
De accuſationibus, inquiſitionibus, denunciationibus, & earum proceßibus. Rub. 2. 50
Quòd proceſſus factus ſuper maleficijs valeat, non obſtante defectu ſolemnitatis, vel ſubſtantialitatis. Rub. 3. 50
De copia proceſſus Dominis Prioribus danda. Rub. 4. 50
De excuſationibus Rectorum. Rub. 5. 50
De dilationibus in criminalibus dandis. Rub. 6. 50
De teſtibus in maleficijs admittendis. Rub. 7. 51
Qualiter cogantur teſtes pro teſtimonio perhibendo. R. 8. 51
Vt contra teſtes in criminali cauſa receptos quatuor exceptiones tantum apponi poßint. Rub. 9. 51
De teſtimonio ſocij delinquentis, vel participis. Rub. 10. 51
Qualiter dicta teſtium ſcribantur in actis. Rub. 11. 52
De copia ſcripturarum, actorum, & proceſſus danda. R. 12. 52
De allegationibus dandiendis adminus per ſex dies ante ſententias. Rub. 13. 52
Quòd bannimentum in cauſis criminalibus, & etiam in damnis datis habeatur loco citationis. Rub. 14. 52
De proceßibus expediendis, & ſententijs criminalibus ferendis. Rub. 15. 53
Quòd Poteſtas teneatur fieri facere condemnationes duplicatas in maleficijs. Rub. 16. 53
De erronea condemnatione corrigenda, & executionibus faciendis. Rub. 17. 53
Quòd Poteſtas non dimittat proceſſum pendentem. Rub. 18. 54
De beneficio confeſsionis, pacis, & ſolutionis infra terminum. Rub. 19. 54
De duplicatione pœnarum. Rub. 20. 54
De pœna Nobilium offendentium Populares. Rub. 21. 55
De pœna non probantis accuſam. Rub. 22. 55
Qualiter pater teneatur pro filio, & econuerſo. Rub. 23. 55
De prohibita blaſphematione Dei, Sanctorũ, & Sanctarum eius. Rub. 24. 55
De pœna facientis aliquod obbrobrium, vel turpe contra figuram Domini Noſtri Ieſu Chriſti, vel Sanctorum, & Sanctarum eius. Rub. 25. 56
De pœna iurantis Corpus, Sanguinem, Viſcera, & alia membra Dei, Sanctorum, & Sanctarum eius. Rub. 26. 56
De pœna deſerẽtis ad delationem alicuius officialis. Rub. 27. 57
De pœna offendentium Dominos Priores. Rub. 28. 57
De pœna non obedientis Officiali noſtri Communis, & qualiter officiales multare poßint. Rub. 29. 57
De pœna illius, qui præſumpſerit Officiales corrũpere. R. 30. 57
De pœna opponentium, vel impedientium Officiales, vel Bayulos in eorum executionibus, & alijs eorum officio exercendis. Rub. 31. 57
De pœna dicentis verba iniurioſa. Rub. 32. 58
De pœna dicentis verba reimprobatoria. Rub. 33. 58
De pœna imponentis turpem cantilenam. Rub. 34. 58
De pœna facientis rumorem. Rub. 35. 59
De pœna ſeminantium zizanias, ſiue diſcordias. Rub. 36. 59
Quòd nullus de Terra Caſtri Fidardi accedat ad domum alicuius cum eſſet rumor in dicta Terra. Rub. 37. 59
Qualiter occurratur ad rumorem. Rub. 38. 59
Si quis occurreret ad rumorem cauſa ſedandi rixãtes, & aliquid commiſerit contra rixantes cauſa diuidendi eas, non teneatur ad pœnam. Rub. 39. 59
Percutiens, vel reprehendens pueros minores quatuordecim annis cauſa caſtigandi, non teneatur ad pœnam Rub. 40. 60
Quod inceptor rixæ puniatur in duplo. Rub. 41. 60
De pœna ferentium arma. Rub. 42. 60
De pœna inſultantium, vel aggreſſurã facientium. Rub. 43. 60
De pœna arma extrahentis, & percutientis, vel offendentis aliquam perſonam cum armis ferreis, & cicatrice. Rub. 44. 61
De pœna percutientis, vel offendentis cum armis non ferreis, & adminantis cum eis. Rub. 45. 61
De pœna percutientis, vel offendentis cum manu vacua, vel calzo. Rub. 46. 62
De pœna proijcientis lapidem, vel alia arma, vel lutum, ſputum, aut aliquid turpe, vel iniurioſum, ſeu baliſtantis contra aliquam perſonam. Rub. 47. 62
De pœna apponentis, vel facientis obſtaculum contra ambulantes, ſtantes, vel ſedentes. Rub. 48. 62
De pœna leuantis, vel lacerantis pannum de capite, vel dorſo. Rub. 49. 62
De pœna impingentis, vel trahentis aliquem iniurioſè, vel capientis per perſonam, vel cadere facientis. Rub. 50. 62
De captione, vel tactu capillorum. Rub. 51. 63
De pluribus iniurijs, & offenſionibus ſimul factis. Rub. 52. 63
De pœna præſtantium auxilium, conſilium, vel fauorem malefactoribus. Rub. 53. 63
De pœna damnum paſſo iniuriam facientis. Rub. 54. 63
De pœna ſeducentis, vel deuiantis alterius coniunctum. R. 55. 63
De pœna fraudantium pecuniam, res, & bona Communis. Rub. 56. 63
De pœna cancellantis, vel radentis ſtatutum, vel condemnationem. Rub. 57. 64
De pœna illius, qui cartam falſam fecerit, & eius qui introduxerit. Rub. 58. 64
De pœna eius qui falſum teſtimonium tulerit, & eius qui introduxerit. Rub. 59. 64
De pœna opponentis falſitatem, & non probantis. Rub. 60. 64
De incendiarijs Rub. 61. 64
De furtis, & male ablatis in genere. Rub. 62. 65
De furtis retium, auium, & piſcium, vel impedimentis eorum. Rub. 63. 66
De furto, & dißipatione apium, & examinum. Rub. 64. 66
De pœna noxium facientis in palumbaria. Rub. 65. 66
De pœna capiẽtis equos alienos, & animalia aliena. Rub. 66. 66
De interfectoribus animalium. Rub. 67. 67
De malitioſo domus ingreſſu. Rub. 68. 67
De pœna accipientis aliquam chartam, vel rem à manibus alicuius. Rub. 69. 67
De pœna turbantis, vel occupantis poſſeßionem. Rub. 70. 67
De pœna illius, qui inuaſerit, ſeu apprehenderit tenutam à Rectore datam. Rub. 71. 68
De pœna occupantis, vel impedientis viam Communis, vel vi-

ginalem, ſoueam, ſpatium, aut aliam rem Communis. Rub.72. 68
De termino moto, & quæſtione conſinij. Rub.73. 68
De pœna illius, qui rem vendiderit duobus. Rub.74. 69
Quòd nullus contendat de parte, vel litigetur. Rub.75. 69
De pœna facientium ſeditionem, vel ſuſpectam ſocietatem. Rub. 76. 69
De pœna intrantium aliunde quàm per portas. Rub.77. 69
De receptione exbannitorum, & condemnatorum. Rub.78. 70
De pœna hoſpitantis hominem malæ famæ. Rub.79. 70
De pœna frangentis pacem, & per quos pax fieri poſſit. R.80. 70
De pœna non bene cuſtodientis carceres, vel frangétis. R.81. 70
De pœna habentis vxorem, & amaſiam. Rub 82. 71
De pecuniaria pœna adulterij, ſtupri, & lenocinij. Rub.83. 71
Quòd mulier nupta ſoluat bannum de dote ſua. Rub.84. 71
De pœna euntium poſt tertium ſonum campanæ. Rub.85. 71
De pœna ludentium ad ludum azzardi, ſiue taxillorum, vel prohibitum ludum. Rub.86. 72
De petimijs, ſiue blaſphemijs non petulandis. Rub. 87. 73
De filiafamilias, & minore puniendo. Rub. 88. 73
De impunitate offenſionis inter coniunctos, & cohabitantes. Rub. 89. 73
De non faciendo ſoueam celatam, neque mittendo tribulos. Rub. 92. 74
De non cogendo, ſeu detinendo aliquem perſonaliter. R.93. 74
Quòd fideiuſſor repreſentans principalem in delictis ſit à ſua fideiuſſione liberatus. Rub.94. 74
De quæſtionibus, & tormentis. Rub.95. 74
Quòd in caſibus non determinatis per noſtra ordinamenta procedatur de ſimilibus ad ſimilia. Rub.96. 74
Quòd non fiat abolitio ſuper maleficijs. Rub. 97. 75
Si quis inſultauerit aliquem in poſſeſſione ſua, & ab eo inſultante offenſus fuerit. Rub. 98. 75
De pœna rampognantis, ſeu diffamantis Poteſtatem, ſeu Confalonerium, Priores, & quoslibet alios Officiales ad aliquod officium deputatos per noſtrum Commune. Rub. 99. 75
Quòd nomen cuiuſcunque accuſatoris ſecreti notificetur Confalonerio, vel vni ex Prioribus cum ſacramento. Rub. 110. 75
De augumentatione pœnæ propter negationem. Rub. 111. 75
De loquendo cum reuerentia, & ſummiſſa voce coram officialibus. Rub. 112. 76
De arbitrio Syndicatorum contra officiales delinquentes. Rub. 113. 76

RVBRICAE QVARTI LIBRI
DE EXTRAORDINARIIS.

DE non vociferando prope aliquam Eccleſiam, quando in ea celebrantur Diuina officia. Rub.1. 77
De blado, legumine, & alijs fructibus non extrahendis de poſſeſſionibus conductis ſine licentia domini poſſeſſionis. Rub.2. 77
De vendemijs priusquam indictæ fuerint feriæ propter vendemias. Rub. 3. 77
De cerretanis, arloeatoribus expellendis, & pœna eorum, & Poteſtatis non punientis eos. Rub.4. 78
De pœna venantis, vel solozzantis in ſanctiſſimo die Veneris. Rub. 5. 78
De non repudiando, ſiue ludendo in Eccleſia, aut extra domum de nocte. Rub.6. 78
De non cantandis, neque recitandis cantilenis, & fabulis tempore orationis, & Diuini officij. Rub. 7. 78
Quod cærimoniæ non fiant in ſponſalitijs, vel ipſorum occaſione. Rub. 8. 78
Quod cærimoniæ non fiant, dum extrahitur puer, vel puella de domo. Rub. 9. 79
De bonis immobilibus mulierum extra Terram nuptarum non vendendis. Rub.10. 79
De pœna alienantis rem immobilem alicui forenſi, & non ſubiecto Communis Caſtri Fidardi. Rub.11. 79
De non alienando alicui forenſi poſſeſſiones propè confinia territorij prædicti. Rub.12. 79
Quod nullus faciat aliquem contractum in fraudem Communis. Rub. 13. 79
Quod homines habitantes diuiſim, teneantur ad omnia obſequia facienda, & extimationes eorum ſcribantur. Rub. 14. 80
Quod ratione collectæ ianuæ non claudantur. Rub. 15. 80
De non diſcaſtellando, ſiue relinquendo habitationem Caſtri Fidardi. Rub.16. 80
Quod Porci, & Capræ non vadant per Terram ſine cuſtodia. Rub. 17. 80
De non emendo animalia, vel rem prædatam poſt bannimentum factum. Rub.18. 80
De ponderibus, & menſuris per Syndicum retinendis. Rub.19. 81
De animalibus quadrupedibus non vendendis in Platea Communis. Rub.20. 81
Quod non proijciatur letamen ad muros, ſeu ſcarpas Communis, neque prope ianuas. Rub.21. 81
Quod habens verſatorium, vel ſedile non inferat vicino fœtorem, vel immunditiam Rub.22. 82
De pœna facientis aliquam turpitudinem infra Terram Caſtri Fidardi. Rub.23. 82
De pœna proiecentis per feneſtras aliquod brodium, vel aliud ſordidum. Rub.24. 82
Quod nullus audeat proijcere aliquod animal mortuum infra certa confinia. Rub. 25. 82
De pœna lauantium in fontibus. Rub 26. 82
De fontibus, puteis, & ciſternis. Rub.27. 82
De pœna paſculantium in foueis Communis. Rub.28. 83
De terminis, & ſenatis inter vicinos. Rub 29. 83
Quod Poteſtas teneatur, & debeat banniri facere, quod mundentur viæ Communis. Rub. 30. 83
De vijs aptandis, & ammatonandis. Rub.31. 83
Quòd habentes aliquod ædificiū ſupra viam publicam vltra medietatem viæ, teneantur ipſum deſtruere. Rub.32. 84
De non proijciendo aliquam putredinem ad domum, nec ante oſtium alicuius. Rub. 33. 84
Quod affoſſentur, & arroncbentur viæ publicæ per adiacentes. Rub. 34. 84

De con-

De conductis, ſiue cloacis factis infra Terram, & extra Terram per friſcularios. Rub. 35. 84
Quòd conductores plenariarum, ſiue aquæ pluuiæ, ducant eas per foſſata, & non per vias. Rub. 36. 85
De curſu aquarum. Rub. 37. 85
De vijs mutandis, & dirigendis. Rub. 38. 85
De poſſeßione vendenda vicinis. Rub. 39. 85
Quod quilibet fumans habeat duo ſtaria orti. Rub. 40. 86
De cedendis arboribus, & ſepibus. Rub. 41. 86
Quòd habens arborem in territorio alicuius, domino territorij vendere teneatur. Rub. 42. 86
De arboribus fructiferis plantandis. Rub. 43. 87
Qualiter reuideatur menſura terræ de qua dubitaretur. Rub 44. 87
Quòd quilibet faciat poſſeßiones apponi in cataſtis, & ſoluat collectam. Rub. 45. 87
Quòd poſſeſsiones, & res apreciatæ in particularibus, ſiue cataſtis noſtri Communis ſint tributariæ, & ad onera noſtri Communis ſubpoſitæ. Rub. 46. 88
Quod vſufructuarius teneatur ſubire onera. Rub. 47. 88
De Colonis, Laboratoribus, Inquilinis, Penſionarijs, & Coptumatarijs. Rub. 48. 88
Quòd forenſes laborantes in noſtro territorio teneantur ſatisdare in principio labority. Rub. 49. 89
Quòd defendantur per Commune poſſeſsiones, quæ ſunt in vltimis confinibus. Rub. 50. 89
De foueis à blado fodiendis cum licentia Dominorum Priorum. Rub. 51. 89
Quòd nullus ſtellet lignum ſupra foueam alienam. Rub. 52. 90
De muro inter vicinos facto, vel faciendo. Rub. 53. 90
De pretio, & mercede petēdis infra certum tempus. Rub. 54. 90
De non maritando alienam filiam, ſororem, vel pupillam Rub. 55. 91
Quòd mulieres eant tacitè, & non plorando quando vadunt ad Eccleſiam pro obſequijs faciendis pro mortuis. Rub. 56. 91
De retentione beſtiarum in paſcuis, ne paſcua Communis fraudentur. Rub. 57. 91
De ordine ſeruando in vendendo vinum. Rub. 58. 93
De Cribanis, ſiue Fornarijs, & eorum arte. Rub. 59. 94
Quòd nullus audeat emere piſces, neque alias res venales in ſumma. Rub. 60. 94
Contra vendentes piſces. Rub. 61. 94
De Beccharijs, & eorum arte. Rub. 62. 94
Quòd mollarijs liceat ire, & redire per alienas poſſeßiones iuxta vallatum molendinorum. Rub. 63. 95
Quòd poßidentibus iuxta vallatum molendinorum liceat facere pontem. Rub. 64. 96
De pœna auferentium aquam ex molendinis. Rub. 65. 96
Quòd non liceat Rectori aliquem carcerare ſi dederit fideiußionem. Rub. 66. 96
Quòd Poteſtas teneatur facere regiſtrare præcepta de ſoluendo de facto. Rub. 67. 96
De auxilio præſtando Poteſtati ſuper maleficijs. Rub. 68. 96
Quòd quicunque commiſerit aliquid de mandato Dominorum Priorum, & Poteſtatis non grauetur, ſed defendatur expenſis Communis. Rub. 69. 96
De conſeruando fideiuſſores Communis indemnes. Rub. 70. 97
Quòd nullus officialis, ſiue Notarius forenſis poßit conficere inſtrumenta, & alias ſcripturas. Rub. 71. 97
De indemnitate officialis in agendis per Commune. Rub. 72. 97
De Friſcularijs, & eorum arte. Rub. 73. 97

RVBRICAE QVINTI LIBRI
DE DAMNIS DATIS.

DE officio, & iuriſdictione officialis damnorum datorum Terræ Caſtri Fidardi. Rub. 1. 99
Qualiter procedatur in damnis datis. Rub. 2. 99
De accuſationibus, & denunciationibus damnorum datorum. Rub. 3. 100
De probationibus damnorum datorum. Rub. 4. 101
De priuatis cuſtodibus eligendis, & eorum officio. Rub. 5. 102
De emēdatione damnorum datorum, & qualiter etiam ad ipſam emendationem teneantur conuicim Rub 6. 102
Licentia domini, vel poſſeſſoris, qualiter excuſet, vel nō, & quòd officialis teneatur ſcribere ipſas licentias. Rub. 7. 103
Pater pro filio, & Dominus pro famulo, qualiter teneatur. Rub. 7. 103
De abolitione, & caſſatione proceſſuum damnorum datorum. Rub. 8. 103
De præſcriptione proceſſus damnorum datorum, & eius expeditione, & quòd officialis teneatur ire ſemel ad inueſtigandum. Rub. 9. 104
Quòd Poteſtas habeat quartam partem pœnæ, quàm effectualiter peruenire fecerit in Communi. Rub. 10. 104
De fauore officiali damnorum datorum exhibendo per Poteſtatem, & Priores. Rub. 11. 104
De cura officialis damnorum datorum in reparatione viarum, fontium, pontiumque, & de vialibus, & qualiter emendentur damna illata per prædictos. Rub. 12. 105
Qualiter liceat reducere beſtias repertas in damno, & de pœna impedientium tales reducentes. Rub. 13. 105
De parte condemnationis damnorum datorum tangente parti. Rub. 14. 105
Qualiter primo cuſtos, deinde dominus animalis teneatur, & ipſum animal pro noxa. Rub. 15. 106
De recuſantibus forum, vel iuriſdictionem noſtri officialis in damnis datis, & de pœna Syndici non obedientis eidē. Rub. 16. 106
Quòd ſuper pœnis, & caſibus nō ſpecificatis in ordinamentis procedatur de ſimilibus ad ſimilia. Rub. 17. 106
De pœna officialis non obſeruantis ſtatuta. Rub. 18. 106
De duplicatione pœnarum damnorū datorū de nocte. R. 19. 106
De beneficio ſolutionis infra terminum. Rub. 20. 107
De diſculta vinea non habendo pro vinea, necnon de canneto, & horto, & de damnum dantibus in eis. Rub. 21. 107
De damno dato perſonaliter in hortis. Rub. 22. 107
De damno dato perſonaliter in vinea, blado, legumine, & canneto. Rub. 23. 108
De inciſione oliuarū, & aliarum arborū fructiferarū. R. 24. 108

De inciſione arborum non fructiferarum, & ſilueſtrium. Rub. 25. 109
De damno dato perſonaliter in pomis Rub 26. 109
De accipientibus alienum fœnum, paleas, aut herbas pratiuas, vel guardatas, vites, fraſcas, vel alia ligna inciſa, necnon de ordine ghiſſandi. Rub. 27. 109
De pœna aroncantis fractam alienam, vel frangentis pontem, aut foſſatum replentis, vel aliquid proijcientis in poſſeßione alterius. Rub. 28. 110
De pœna accipientis lateres, vel cuppos, lapides, ſiue ſtoppiam carpitam, vel non; herbam ligatam, vel non de poſſeßione alterius. Rub 29. 110
Quòd laboratores non ferant de fructibus ſine voluntate domini, & apodiſſa officialis. Rub. 30. 110
Quòd nuntij dominorum, vel poſſeſſorum, non teneantur ad pœnam. Rub. 31. 110
Quòd quicunque iuerit per poſſeßionem alicuius, cauſa expellendi beſtias, non teneantur ad pœnam. Rub. 32. 111
De ingredientibus, vel damnum dantibus in poſſeßione alterius contra prohibitionẽ, vel proteſtationem domini Rub. 33. 111
De pœna forenſium damnum dantium, vel aliter paſculantium in territorio Terræ Caſtri Fidardi. Rub. 34. 111
De damno dato cũ beſtijs in horto, vinea, vel canneto. R. 35. 112
De damno dato cum beſtia in blado, legumine, prato, herba cuſtodita, lino, & ſimilibus. Rub. 36. 112
De damno dato cum beſtijs in campo ſtoppiato, maieſe, vel ſodo. Rub. 37. 113
De damno dato cum beſtijs in arboribus, & pomis. Rub. 38. 113
De damno dato per beſtiam ex tranſcurſu, & impunitate ipſius. Rub. 39. 113
De pœnis damnorum datorum in blado, lino, legumine, vel ſimili meſſo, vel carpito. Rub. 40. 113
Quòd nulla animalia paſculent, neque intrent ſtoppialia, donec bladum non fuerit inde ablatum. Rub. 41. 114
De damno dato cum beſtijs ad paleare, ſiue mucbiono paleæ, ſiue fœni. Rub. 42. 114
De impunitate damnum dantium in pratis, & herbis guardatis, aut fœno non ordinatæ compoſito, poſt tranſactum menſem Auguſti. Rub. 43. 114
De extremitatibus, quæ caperentur per officiales declarandis per Dominos Priores noſtræ Terræ. Rub. 44. 114

INDEX CAPITVLORVM ET OFFICII INVENTIONVM

DAMNORVM DATORVM.

CAPITVLO PRIMO.

QVòd maior officialis tenere poßit duos officiales. Cap. 2. 116
Quòd ipſe officialis procedere poßit in damnis datis cum vno teſte. Cap. 3. 116
Quòd dicti officiales poßint ire de nocte ſine lumine cum armis. Cap. 4. 116
De modo procedendi in damnis datis. Cap. 5. 116
Quòd Domini Priores ſint iudices ordinarij in extremitatibus. Cap. 6. 117
Quòd Domini Priores poßint eligere alios officiales ſuper ſiluis, vallatis, & paſcuis Communis. Cap. 7. 117
Quòd Communitas poßit deputare officiales, & cuſtodes per dãnum datum in vineis, cannetis, & fructibus. Cap. 8. 112
Quòd condemnationes fiant poſt veſperas. Cap. 9. 117
Quòd ſentẽtiæ ſcribãtur duplicatæ pro auſcultatione. C. 10. 117
Quòd dictus officialis exigat condemnationes ſumptibus ſuis. Cap. 11. 117
Quòd dictus officialis non ſe intromittat reconductionibus animalium. Cap. 12. 117
Quòd dictus officialis emat officium eius periculo, & fortuna. Cap. 13. 118
Quòd pretium officij ſoluatur de ſextaria in ſextariã. C. 14. 118
Quòd dictum officium duret per annum vnum. Cap. 15. 118
Quòd animalia reconducta per dictos officiales debeant retineri per diem naturalem, antequam in hoſpitio mittantur. Cap. 16. 118
Quòd dictus officialis exigat partem patroni. Cap. 17. 118
Quòd officiales reconducere non poßint animalia conuicinorum ſine licentia Dominorum Priorum, Cap. 18. 118
Quòd officiales ipſi in inuentionibus perſonalibus, & cũm animalibus conuicinorum procedere non poſsint ſecundum formam tranſactionum, Cap. 19. 118
Quòd officiales ipſi, & cuſtodes non poßint portare fructus aliquos. Cap. 20. 119
Quòd nõ fiant per ipſos officiales aliquæ cõpoſitiones. C. 21. 119
Quòd Communitas in venditionibus macellorum, & affidationibus animalium capitulare poßit ſine contradictione dicti officialis. Cap. 22. 119
Quòd licentia ſubſcriptæ manu Cancellarij, vel manu officialis valeant, & teneant. Cap. 23. 119
Quòd cuſtodes quandocunque caſſari poßint per Dominos Priores. Cap. 24. 119
Quòd officiales ipſi procedere non poßint contra animalia paſcentia in fractis molendini flumicelli. Cap. 25. 119
Quòd dictus officialis teneatur dare copiam omnium inuentionũ intra duos dies. Cap. 26. 120
Quòd dicti officiales procedere non poſsint contra animalia paſcentia in glandibus ante Kalend. Octobris. Cap. 27. 120
De Syndicatu dictorum officialium in fine officij. Cap. 28. 120
De notificatione facienda condemnatis de ſententia lata contra eos infra triduum. Cap. 29. 120
De tranſitu perſonaliter per vineas, & canneta. Cap. 30. 120
De notificatione inuentionum patrono damnum paſſo. C. 31. 120
De obedientia danda Dominis Prioribus per dictos officiales. Cap. 32. 120
De obſeruantia Capitulorum. Cap. 33. 120

INDEX CAPITVLORVM ET OFFICII ACCVSATIONVM DAMNORVM DATORVM.

QVòd accuſæ producantur in ſcriptis, & ſubſcribantur. Cap. 1. 121

De extimationibus faciendis in bladis. Cap. 2. 121

Damna perſonaliter illata. Cap. 3. 121

De modo procedendi. Cap. 4. 121

De teſtibus dandis petentibus. Cap. 5. 121

De teſtibus abſentibus, vel mortuis. Cap. 6. 121

De teſtibus repetendis per Priores. Cap. 7. 122

De abolitionibus ante ſententiam. Cap. 8. 122

Quòd condemnationes fiant poſt veſperas. Cap. 9. 122

De copia condemnationum danda. Cap. 10. 122

Quòd Domini Priores ſint iudices. Cap. 11. 122

De exactione condemnationum. Cap. 12. 122

De parte patroni exigenda. Cap. 13. 122

Quòd Communitas poßit eligere alios officiales. Cap. 14. 122

Quòd officialis non poßit ſe intromittere in reconductionibus animalium. Cap. 15. 122

Quòd officialis ſuo periculo emat officium. Cap. 16. 122

De ſolutione precij conuenti cum Communi. Cap. 17. 123

Depoſitio vnius teſtis, non valeat niſi pro quadraginta ſolidis. Cap. 18. 122

Relatio ad ſtatuta in his, quæ præſentia capitula non loquuntur. Cap. 19. 123

Quòd officialis accuſationum poſsit procedere in damnis perſonaliter illatis. Cap. 20. 123

Quòd omnes conciliarij eſſe poßint extimatores. Cap. 21. 123

Quòd officium duret per annum. Cap. 22. 123

Quòd in venditionibus macellorum, & affidationibus animalium Communitas poßit capitulare. Cap. 23. 123

De compoſitionibus non faciendis. Cap. 24. 123

Quòd officialis accuſationum non poßit procedere contra conuicinos. Cap. 25. 124

Quòd accuſæ fiãt de duobus mẽſibus in duos menſes. C. 26. 124

De obedientia Prioribus danda per officiales. Cap. 27. 124

Quòd accuſæ per iuramentum fieri non poßint, niſi ſemel in menſe contra eandem perſonam, & in eis non requiratur extimatio, niſi de voluntate patroni accuſantis. Cap. 28. 124

INDEX CAPITVLORVM DANNORVM DATORVM PERSONALITER IN FRVCTIBVS.

QVòd officium duret per totũ menſem octobris. Cap. 1. 125

In quibus rebus procedere poßit officialis. Cap. 2. 125

Quòd per tranſitũ ſoluatur pœna ſtatutaria. Cap. 3. 125

Quòd dictus officialis emptor habeat officialem, & cuſtodem. Cap. 4. 125

Quòd dicti officiales teneantur etiam ad pœnam reformationis. Cap. 5. 125

Quòd nemo poßit accuſare dictos officiales ſine teſte. C. 6. 125

De modo procedendi per dictum officialem. Cap. 7. 125

De licentijs dandis, & ſubſcribendis per Cancellarium. C. 8. 126

Quòd dictus emptor non poßit impedire alias officiales. C. 9. 126

Quòd dicti officiales non poßint procedere contra laboratores vinearum; niſi de voluntate patroni. Cap. 10. 126

Quòd Domini Priores ſint iudices extremitatum. Cap. 11. 126

De ſolutione pretij conuenti pro dicto officio. Cap. 12. 126

De Syndicatu dictorum officialium. Cap. 13. 126

INDEX RVBRICARVM ADDITARVM.

DE modo traſactandi prouentum damnorum datorum, & de modo exercendi dictum officium ac de nullitate inuentionum in caſu contrauentionis. Rub. 1. 127

De pœna eorum, qui non habent canneta, & portant cannas de nocte; & quibus danda ſit licentia ferendi cannas de die. Rub. 2. 127

De capitibus ſolidorum exigendis pro alienatione bonorum ſtabilium. Rub. 3. 127

De modo traſactandi prouentum damnorum datorum, & quòd ad emendam damni dati teneantur vicini, & propinquiores. Rub. 4. 127

De Camerarijs non confirmandis, & de pœna Priorum proponentium eorum confirmationem, & etiam Cancellarij ſcribentis propoſitam. Rub. 5. 128

De pœna vaſtantium fontes, ac tenentium ſues propè per ſpatium quatuor cannarum, & proijcientium immunditias; & de pœna officialium non facientium inuentiones contra tales delinquentes. Rub. 6. 128

De competenti numero Ciuium, qui debent interuenire Conciliis celebrandis. Rub. 7. 128

Quòd Priores non poſsint facere fides, vel ſcribere literas nomine publico, vel apponere ſigillum in ſcriptura aliqua ad beneficium particularium perſonarum, ſub pœnis in præſenti ſtatuto contentis, exceptis bulletis ordinarijs, & legalitatibus publicarum ſcripturarum. Rub. 8. 128

De mercato publico faciendo die Martis cuiuslibet Hebdomadæ. Rub. 9. 129

De pœna colligentium, ſeu colticciantium oliuas ſine licentia, ſeu aßiſtentia Dominorum, & quòd credatur domino cum iuramento, & cum vno teſte fide digno. Rub. 10. 129

De pœna ementium oliuas ab eis, qui non habent arbores oliuarum, ſine fide facta ab illis cum quibus venditores lucrati ſunt oliuas, & à quibus ex alia iuſta cauſa habuerint. Rub. 11. 129

De clauibus ſigilli publici. Rub. 12. 129

De pœna damnum dantium in plantatis, tam de die, quàm de nocte. Rub. 13. 129

De pœna incidentium oliuas, arbores fructiferas, vlmos, & quercus. Rub. 14. 130

De non aggregandis de regimine ignorantibus legere, & ſcribere. Rub. 15. 130

De mercede Baiulorum, & ſocij millitis, vel alterius exequutoris, & de pœna plus ſtatuta mercede accipientium. R. 16. 130

De piſcibus vendendis per Piſcatores, vel alios tranſeuntes per Terram Caſtri Fidardi. Rub. 16. 130

FINIS.

MVNICIPALIVM LEGVM
AC STATVTORVM ECCLESIASTICAE TERRAE CASTRI FIDARDI
LIBER PRIMVS.

DE DIVINO CVLTV, ET REGIMINE REIPVB.

De Cultu Diuino, & Magiſtratibus. Rub. I.

SPIRITVS Sancti gratia deuotiſsimè inuocata ad laudem, & deuotionem Omnipotentis Dei, Glorioſæq; Virginis Mariæ eius Matris, & omnium Sanctorum, ad reuerentiam, & ſubiectionem, ac obedientiam Sacræ Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, & Sanctiſsimorum Pontificum, & ſuorum Prouincæ Picenæ Legatorum, & mandatorum, & ad pacificum Regimen Communis, & Populi Terræ Caſtri Fidardi.

De Fide Chriſtiana tenenda. Rub. II.

TESTANTE Apoſtolo, nulla operis boni ſtructura conſiſtere poteſt abſq; Fidei fundamento, & quicquid extra, vel præter fidem eſt, à malo eſt. Iccirco ſtatuimus, & ordinamus, ꝙ Poteſtas, ſeu Rector Terræ Caſtri Fidardi, & eius familia, ſicut reputari cupiunt, & haberi fideles, ita pro defenſione Chriſtianæ fidei Dioceſanis Epiſcopi, & Inquiſitoribus hereticæ prauitatis à Sede Apoſtolica deputatis pareant, & intendant in hereticorum credentium fautorum, & receptorum, & defenſorum ipſorum inueſtigatione, & cuſtodia, & captione diligenti cùm ab eis fuerint requiſiti, & reliquis omnibus iuxta canonicas ſanctiones.

De Cereis offerendis. Rub. III.

VT Diuina Miſericordia homines noſtri Terræ Caſtri Fidardi ab omnibus periculis animæ, & corporis præſeruare dignetur, & ad venerationem Omnipotentis Dei, omniumq; Sanctorum eiuſdem. Statuimus, & ordinamus, vt ad laudem, & reuerentiam Omnipotentis Dei, Sanctiſsimæ Matris ſuæ Virginis Mariæ, & Beati Victoris, & aliorum Sanctorum infraſcriptorum; pro quolibet anno annuatim in feſto Diui Victoris Camerarius Communis dictæ Terræ, qui pro tempore fuerit teneatur, & debeat de ære, & pecunijs Communis in dicta feſtiuitate emere libras trigintatres ceræ, & plus, & minus arbitrio Dominorum Priorum, qui pro tempore fuerint. Item in feſta Sancti Sebaſtiani, ſancti Valentini, ſancti Berardini, ſancti Antonij de Padua, ſancti Petri, ſancti Laurentij, ſanctæ Mariæ de Menſe Auguſti, ſancti Franciſci, ſanctæ Luciæ, ſancti Stephani, ſancti Ioannis Euangeliſtæ, & ſanctorũ Innocentium dictus Camerarius Communis teneatur emere libras duas cum dimidio ceræ, quas ceras Rector, qui pro tempore fuerit in feſtiuitatibus prædictis teneatur portare, & portari facere, ac conſignare cum Dominis Prioribus cum Concilio dictæ Terræ in hora Miſſæ ad Altare dictæ Feſtiuitatis, ſeu proprio Sacerdoti pro ele

uatione,& conſacratione Corporis D. N. Ieſu Chriſti; & prædictus Rector faciat obſeruari, pœna præſtiti iuramenti; nec non ſub die 24. Octobris 1574. fuit ordinatum, ac determinatum, quòd in feſto ſancti Auguſtini fiat oblatio cum luminarijs, quæ fit in alijs Eccleſijs pro generali conuentu celebraſi, die ſupradicta.

De veneratione, & cuſtodia dierum Dominicorum, & feſtiuorum. Rub. IIII.

IMITATIONE Diuina, qui poſt creationem Cœli, & Terræ die ſeptimo requieuit, & in ſuorum Sanctorum Feſtorum veneratione laudatur. Ideò vniuerſæ perſonæ præcaueant, & abſtineant ſanctiſsimis Dominicis, atq; Paſcalibus, & feſtiuis diebus aliqua ruralia, & etiam artificialia opera exercere, vel in eis, vel in aliquo prædictorum laborare, vel aliquod artificium laborium facere per ſe, vel alium, hoc modo: videlicet, ꝙ quælibet perſona huius Terræ, & habitatrix eiuſdem debeat cuſtodire ſanctum diem Dominicum, diem Natiuitatis D. N. Ieſu Chriſti cum duobus diebus ſequentibus, diem Paſchatis Reſurrectionis cum duobus diebus ſequentibus, diem Sanctiſs. Corporis Chriſti, diem Aſcenſionis, Paſcatis Pentecoſtes cum duobus diebus ſequentibus, diem ſancti Victoris; & in his diebus nemo audeat, vel præſumat facere, vel fieri facere aliquid laboris rurale, vel artificiale in dicta Terra, vel eius diſtrictu, pœna decem ſolidorum pro quolibet contrafaciente de facto exigendorum ſine aliqua diminutione; diem Circunciſionis, diem Epiphaniæ, diem feſtiuitatis Beatæ Mariæ Virginis, diem Sanctæ Crucis, videlicet Inuentionis; & in his diebus nemo audeat, vel præſumat facere, vel fieri facere aliquem laborem ruralem, vel artificialem, vt ſuperius expreſſum eſt, pœna decem ſolidorum pro quolibet contrafaciente; dies feſtiuitatum omnium Apoſtolorum, quatuor Euangeliſtarum, feſtiuitatis ſancti Ioannis Baptiſtæ, feſtiuitatem omnium Sanctorum, ſancti Laurentij, ſancti Sebaſtiani, ſanctæ Luciæ, ſanctæ Catharinæ, ſancti Antonij, ſancti Stephani, ſancti Berardini, ſancti Franciſci, & ſancti Valentini; & in his diebus nulli liceat facere aliquod opus artificiale, vel rurale, ſub pœna ſupradicta, applicanda Communi Caſtri Fidardi: liceat tamen in dictis feſtiuitatibus pro neceſsitate, beſtias ferrare, & farinam à molendinis reportare; liceat inſuper cuilibet in omnibus ſupradictis feſtiuitatibus in vltima particula adnotatis, quæ incipit dies feſtum omnium Apoſtolorum, ligna magna, & groſſa traſinare, & reconducere ſine pœna, & bando, & etiã laborare pro edificijs, & reparationibus Eccleſiarum dictæ Terræ, & etiam Communis Terræ Caſtri Fidardi poſt tertias Diuinis officijs celebratis, herbam, & fœnum reportare pro neceſsitate, obtenta tamen prius de prædictis licentia à Rectore ſeculari, vel Eccleſiaſtico dictæ Terræ; & Rector poſsit inquirere, & inquiri facere per eius officiales, & repertos culpabiles per eorum inuentiones cogere ad ſoluendũ omnes ſupradictas pœnas ſummariè, & de facto; & de his pœnis, quas mediante eius officio venire fecerit in Communi, dictus Rector habere debeat quartam partem; ad quorum omnium prædictorum obſeruantiam, Rector teneatur pœna centum ſolidorum præſtiti iuramenti.

De feſto Corporis Domini Noſtri Ieſu Chriſti celebrando. Rub. V.

NVLLA tam grandis natio reperitur, quæ habeat ſuum Deum appropinquantem ſibi, ſicut adeſt nobis Deus noſter Omnipotens, cuius Vnigenitus factus Homo corpus, & ſanguinem prætioſiſsimum eius pro noſtra reparatione ſalutis in ara Crucis obtulit Deo Patri. Nos ſiquidem de Caſtro Fidardo huiuſmodi beneficij memores perenne feſtum dicti Sacramenti decretum, & ordinatum ſolenniter, & deuotè celebrare, præſentis ordinamenti vigore compellimur hoc modo, ꝙ annuatim in vigilia dicti feſti per noſtra regimina requiratur Noſter Venerabilis Pater Dominus Plebanus, vel eius vice, & nomine vniuerſus Clerus dictæ Terræ, & cum magna deuotione mane proximo dicti feſti Conſecratum Corpus prædictum deferri ordinet per Terram Caſtri Fidardi more proceſſionali cum Clero, & populo, & honorabili aparatu ſolenniter ſub vmbrella ferenda per Dominum Poteſtatem, & Priores dictæ Terræ; poſtq; ſtatim banniatur generale Concilium pro dicto eodem mane, & etiam, ꝙ omnes terigintæ maiores quatuordecim annis, & minores ſeptuaginta debeant ad dictam proceſsionem accedere, ſub pena D. Poteſtatis arbitrio; & demum de mane prædicto Dominus Poteſtas, & Priores, & cæteri officiales vinculo iuramenti, & pœna decem lib. pro quolibet ipſorum teneatur vnà cum Cõcilio accedere ad dictam Eccleſiam, ſiue Plebem Sancti Stephani coram dicto domino Plebano, & ſequi veſtigia, & mandata ipſius cum candelis ceræ, & in reditu ſequi, & aſſociari dictum Corpus vſque ad dictam Eccleſiam.

De cele-

De celebratione feſti Sancti Victoris de menſe Maij. Rub. VI.

QVONIAM qui ſeminat benedictiones, metet vitam æternam: Ideo, vt Chorus Angelorum laudantium Deum Patrem Omnipotentem pro augumentatione boni ſtatus noſtræ Terræ apud eundē Deum interceſſor exiſtat: diſponimus in præſenti, ꝙ annuatim per quindecim dies ante feſtum Sancti Victoris de menſe Maij fiat in Concilio præpoſita ſuper modo ipſum feſtum ordinandi, & quicquid in ipſo Concilio deliberatum extiterit, integraliter obſeruetur. Volumus tamen, ꝙ hæc celebritas in honorem dicti feſti modis omnibus fiat: videlicet, ꝙ Poteſtas, & Priores, & alij officiales Communis, vnà cum Conciliarijs dictæ Terræ, tubis, & inſtrumentis, ſi contingerit, in hac noſtra Terra, nos ea habere, perſonaliter accedere teneantur ad Eccleſiā ſancti Stephani more proceſsionali, & ibi per manus noſtri Rectoris offerre cereum; & nihilominus per ipſa Regimina, & Conciliarios portentur, & offerantur ibidem candelæ, quæ oportunæ fuerint ſecundum prouidentiam domini Poteſtatis, & Priorum.

De viſitatione Eccleſiaſtica per Officiales Terræ Caſtri Fidardi. Rub. VII.

QVIA regentium cor in manu Domini eſſe debet, & omne bonum iudicium de vultu Diuino procedere noſcitur: Iccirco Communis regimina, quæ eſſe debēt ſpeculum ſubditorum, videlicet Poteſtas, Priores, & cæteri alij officiales ſingulis diebus Paſchalibus, ſollēnibus Dominicalibus, & feſtiuis viſitare ſimul Eccleſias ipſorum feſtorum, & ibidem ſollennibus miſsis pariter intereſſe nouerint ſe aſtrictos vinculo iuramenti, & pœna centum ſolidorum pro quolibet ipſorum contrafaciente, & vice qualibet; niſi iuſta, & rationabilis cauſa illos excuſet. Additur inſuper, vt diebus proceſsionalibus cum Clero, & populo, cum ipſis proceſsionibus teneantur accedere, ſub pœna prædicta.

De electione facienda de Poteſtate, ſeu Rectore Terræ Caſtri Fidardi, & de arbitrio eligentium. Rub. VIII.

NON naturæ vicio, ſed hominum deformitate procedit, ꝙ neceſſariò in Terris ſint Rectores. Ideò ſtatuimus, & ordinamus, ꝙ immediatè poſt ingreſſum officij Prætoris Terræ Caſtri Fidardi tractari debeat, & proponi in Concilio generali de noua electione Poteſtatis; qua propoſita facta, ſtatim Poteſtas recedere debeat de Concilio, deinde detur ordo, & modus eligendi Prætorem, & quicquid factum, geſtum, & electum fuerit per dictos Conciliariòs, plenam obtineat firmitatem; his etiam hoc addentes, nullus alius præter Doctorem in vtroque iure eidem Comunitati, & hominibus pro Prætore, vel Poteſtate deputari poſsit.

De reuerentia, & fidelitate Sanctæ Matris Eccleſiæ. Rub. IX.

ROMANAM Eccleſiam Sacroſanctam nemo exiſtat, ſani ſenſus incredulus caput, & matrem eſſe cunctarum Dei Eccleſiarum, & vniuerſi terrarum Orbis Antiſtitem Sanctiſsimum eius Chriſtianorum Dei omnium fore caput. Hic meritò ſancimus, vt de cætero in perpetuum noſtra Terra Caſtri Fidardi, eiusq; Regimina ſint, & eſſe profiteantur, & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, & Sanctorum Pontificum ſubditi, ac ſubiecti; vniuerſitas, & homines eidem ſeruent omnimodam fidelitatem, obedientiam, & ſubiectionem, nec non & Rectoribus, & officialibus; eorundem conſtitutiones, eorum præcepta iuxta monita, tam in ſpiritualibus, quam in temporalibus integraliter, & diligenter obſeruent, ſub pœnis in Sacris Conſtitutionibus contentis.

De iuramento, & officio Poteſtatis Terræ Caſtri Fidardi. Rub. X.

IVSIVRANDI Religio pro nexu Diuum timoris per noſtrum Poteſtatem, ſeu Rectorem electum

perfectus imitator Sacræ Fidei Chriſtianæ,nec non ſubiectus,fidelis,& amator Sacræ Romanæ Eccleſiæ, Sanctiſsimorumq; Pontificum,& Cardinalium,ſeu verè Legati eius,& maximè in Prouincia Piceni An conitani ad regimen præſidentium,& q toto tempore ſui futuri regiminis cuncta ad bonum ſtatum,& ho norem ipſorum ſpectantia per omnem ſui poſsibilitatem fideliter exequetur,nec eis modo aliquo aduerſabitur,aut permictat aliquem aduerſari : quinimo Terrã Caſtri Fidardi,eiusq; vniuerſitatẽ,homines,& Comune in fidelitate, & obedientia eorundem conſtituet, & per omnia obſeruabit iuſta poſſe ſuum. Item quòd Terra ipſa in ſuis priuilegijs, iuribus,& dignitatibus manutenebit, & augumentabit pro poſſe, & eius vim, & diſtrictum ſub ipſa Terra ampliabit, & diminui nullatenus patiatur. Equitatem, & rectitudinem in omnibus exercendo, maleſacia, & delicta coercendo, cauſasq; ciuiles,& criminales debitis iuris, pœnis, regulis, & metis ſecundum iuſtitiam pertractando, examinando, decidendo iuxta for mam ſtatutorum,& ordinamentorũ dictæ Terræ ſuo tempore legitime vigentium, & talia ſtatuta pront melius poterit obſeruabit, nec traſgredietur formam generalium conſtitutionũ Sanctæ Matris Eccleſiæ, & vbi ſtatuta,ordinamenta Communis deficerent, procedet, & procedere faciat in ſua Curia de ſimilibus ad ſimilia aliorum noſtrorum ſtatutorum, & vbi talis ſimilitudo deficeret, tunc ſecundum bonam, antiquam, probabilem,& ſtatuti Eccleſiæ congruentem cõſuetudinem ſtatuet,& decernet;ſeptas, iuras, & ligas, conuenticulas ſub ſuo regimine fieri, vel verſari nullatenus patietur, ſed ipſas potius extirpabit, & confundere procurabit ad honorem,& bonum ſtatutum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, garas, diuiſiones, contrarietates, & inimicitias ibi oriri,& ampliari non permittet, immo conciliare operam dabit efficacem per inductiones, coactiones , & pœnas, ac per inuocationem Dominorum Priorum,& Comunis Caſtri Fidardi,& per alia remedia vtilia,& opportuna,& qnòd propoſitas,& deliberationes,& expen ſas Comunis dannoſas,& inutiles ſuo tempore nõ faciat,ſalario per ſe,& ſuis officialibus,& familia con ſtituto , & conſueto; videlicet florenos quadraginta ad rationem xxxx. bol. pro quolibet florenoin, & pro ſemeſtri ſtabit tacitus, & contentus, nec ſuper lucrum, aut augumentum aliquod pro ſe, vel interpoſita perſona præter formam, modum ſtatutorum vllo modo, aut quæſito colore habere, aut obtinere procurabit. Immo potius ab omni extorſione, venalitate, vel ſimonia penitus abſtinebit. Item, quòd ſuos officiales,bonos,legales,& expertes ſint ad officium vicariatus. Quos in principio ſui officij deputabit ad maleſacia extraordinaria,& ad omnes actus,& exercitationes neceſſarias in dicta Terra,& in caſu deficientis Cancellarij ad officium Cancellariæ ſine alia mercede ipſe ſemper perſonaliter præſens ſta bit ad ipſnm officium exercendum, & quòd bonus,& pacificus, & Comunis ſtatns in dicta Terra omni contrarietate depreſſa vigeat,& perduret. Item quòd Sanctis Dei Eccleſijs, religioſis, pijs,& miſerabili bus locis, & perſonis, & cauſis, Ius, & iuſtitiam reddat, faciat,& adminiſtrabit, & omnibus petentibus per ſe,vel alios corã ipſo Domino Poteſtate,& ſua Curia,& maxime Orphanis, Pupillis, Viduis, & alijs miſerabilibus perſonis exiſtet vtiq; fauorabilis, & contra omnem iniquam oppreſsionem officinm Dominorum Priorum Comunis dictæ Terræ conſeruabit, & honorabit, & in principio ſui ſemeſtralis officij ante iuramentum recipiendum teneatur ſoluere cum effectu in manibus Syndici Confraterni tatis Sanctiſsimi Corporis Chriſti Scutos duos aureos, & finito, & depoſito dicto officio ſtabit ad Syndicatum tribus diebus coram Syndicatoribus deputandis à Concilio publico. Hæc,& omnia,& ſingula, quæ ſecundum formam Iuris, ſtatutorum,& ordinamentorum Comunis dictæ Terræ Caſtri Fidardi, & generalium conſtitutionum Prouinciæ Marchiæ, & ſecundum equitates, & bonos mores in adminiſtratione ſui officij, & ſuorum officiorum facere, & exercere teneatur. Promittat Idem Dominus Poteſtas ante ingreſſnm ſui Palatij Cancellario ipſius Comunis ſtipulanti, & recipienti pro Sancta Romana Eccleſia, & pro ipſo Comuni dictæ Terræ ad Sancta Dei Euangelia corporaliter manu tacto volumine ſtatutorum iuret obſeruare, & executioni mandare in quantum bono ſtatui, & honori Sanctæ Matris Eccleſiæ,& Comunis Terræ Caſtri Fidardi,ad morten, confuſionem, deſtruttionem omnium volentium contrarium prædictorum.

De iuramento, & officio Vicarij Notarij, & familiarum Domini Poteſtatis dictæ Terræ Rub. XI.

VICARIVS noſtri Poteſtatis ſit, & eſſe intelligatur Ordinarius iudex noſtri Comunis in omnibus, & per omnia ad officium Curiæ Domini Poteſtatis, tàm in abſentia, quàm in præ-

in præſentia D. Poteſtatis abſq; aliqua deputatione facienda,dumtamen ſit officij expertus,atque bonæ famæ,tum etiam ſit,ac eſſe intelligatur Notarius extraordinariorum noſtri Communis : qui poſt introitum ſui officij iurare ſolemniter,& iurando promictere teneatur Cancellario noſtri Communis,vel alteri Notario ſtipulanti,& recipienti pro Sancta Matre Romana Eccleſia,& Commune Terræ prædictæ,ꝙ fidelis,& promptus executor exiſtat. Item diligens,& ſollicitus in adminiſtratione ipſius officij ſecundum iuſtitiam exercendi,& ſub pura,& prouida conſcientia,& matura deliberatione, & in ciuilibus, & criminalibus iudicare,decernere,& determinare,& acta criminalia ſcribere, ordinare, & publicare omni corruptione,& ambitione remotis,diebuſq; iuridicis,debitis,& conſuetis, & quando opportuerit iura reddere ; niſi iuſta,& euidens cauſa impedimenti extat. Inſuper,ꝙ ſi noſtra Comunitas non haberet Cancellarium,vel ſi haberet abſentem, ꝙ ipſe Vicarius abſq; aliquo ſalario à Comuni noſtro percipiendo in omnibus,&per omnia ſuppleat,& exerceat. Item teneatur exercere ſcripturas,& acta extraordinariorũ, & ſaltē bis in die ordinato cum Bayulo ire perſonaliter teneatur per Terrã Caſtri Fidardi rimando cōtra exercentes,& illicita commictentes contra,vel præter formam iuris,& noſtrorum ſtatutorum,& ordinamentorum,pœna centum ſolidorum pro quolibet die feriali, & decem lib. deñ. pro quolibet die Dominicali,vel feſtiua,qua contrafecerit,& alia debita vtilia,& opportuna exhiberi,& operari, ſub vinculo iuramenti,& pœna viginti ſolidorum pro quolibet,& qualibet vice,ſi prætermiſerit.

De electione,& iuramento,& officio Cancellarij. Rub. XII.

STATVIMVS, & ordinamus inuiolabiliter obſeruari, ꝙ eligatur in eundem modum,& formam, quibus eligitur Poteſtas,vnus bonus,legalis,& fidelis Notarius,& Dictator,ſiue Cancellarius ; cuius officium duret per annum,& vltra prout placuerit generali Concilio dictæ noſtræ Terræ ; qui Cancellarius poſſit eſſe tàm terrigena,quàm forenſis,prout Concilio noſtro generali vtilius videbitur ; qui Cancellarius ſi contingerit eſſe forenſis,nō ſit de eadem Terra,de qua erit Poteſtas,& habitet ſeorſum à Poteſtate,& eius officialibus,& nullam domeſticam conuerſationem habeat cum ipſis,de die,vel de nocte, ex qua conuerſatione poſſit aliqua in animis hominum ſiniſtra ſuſpitio generari. Cuius officio incumbere volumus,vt rite, diligenter, legaliter, & ſollicitè in ordinato libro redigat, & regiſtret omnia, & ſingula negocia Comunis, ſeu ſpectantia ad Comune, vt ſunt Propoſitæ, Conſultationes, Arrenghæ, Partita,Deliberationes,Reformationes,Literæ miſsiuæ,& remiſsiuæ,Pacta,Stipulationes,Exemptiones, Iuramenta officialium,Collectas omnes,tàm impoſitas,quàm imponendas exigere, & omne quod exactum fuerit,effectualiter conſignare incontinenti Camerario noſtri Comunis,pro ipſo Comuni recipienti ad omnem requiſitionem Poteſtatis,& Priorum noſtræ Terræ,nec non omnes,& ſingulas condemnationes caſſare infra octo dies poſt ſolutiones earum,vel gratiã habitam, & præſentatam ſine alia quauis ſolutione,vel premio,præter ſalarium ſuum. Item prouiſiones,petitiones,introitus, prouentus, exitus, expenſæ, rationes, & calcula cum quantitatibus, iuris debitis,& opportunis,& omnes alias, & ſingulas ſcripturas dicti Communis vtiles,& opportunas ad officium Cancellariatus,de conſuetudine,vel de iure ſpectantes redigat,conſcribat,& alia qualibet agenda ſui officij,vel facto,vel ſcriptura exerceat,agat,faciat,& teneatur executioni mandare abſq; aliqua ſpe,vel expectatione, vel ſolutione ſalarij, vel mercedis,nihilq; ob prædicta, vel aliqua prædictorum pro primis ſcripturis, præter generale ſalarium ordinatum nullatenus conſequendo,vel etiam obtinendo ; pro ſecundis verò ſcripturis, poſſit in premium ſolutionis mercedem recipere iuxta taxam infraſcriptam ab eo,pro quo,vel ad cuius petitionem ipſa ſecunda ſcriptura fuerit publicata : videlicet,pro qualibet reformatione, ſiue delibetatione, ſiue exemptione ſubſtantiali plena, & in publicam formam, ſol. x. pro quolibet ſyndicanti publico, ſol. x. pro quolibet inſtrumento paſtorum paſculorum venditorum,libras duas : teneaturq; dictus Cancellarius ad requiſitionem DD. Priorum accedere ad quemcunque locum pro ambaſciatis,& alijs negocijs dictæ Comunitatis pertractandis ſine aliquo ſalario,& mercede : debeat tantummodo ſibi prouideri de equo,& expenſis. Item,ꝙ durante eius officio nunquàm abſentabit ſe à Terra abſque licentia D D. Priorum : & finito ac depoſito ſuo officio ſtabit ad ſyndicatum tribus diebus,ad reddendum ius, & rationem adminiſtrationis ſui officij coram Syndicatoribus deputandis per noſtrum Comune. Quæ omnia,& ſingula in præſenti noſtro ordinamento contenta, & alia ad ſuum officium expectantia,& maximè, ꝙ ipſe erit fidelis, & amator Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, atque Comunis, & hominum Terræ prædictæ ipſe pro tempore in Cancellarium deputandus in principio ſui officij teneatur,& debeat in publico Concilio iurare ſe obſer

uaturum ſub hypotheca,& obligatione omnium ſuorum bonorum,& ſub omni pœna à Syndicatoribus ſibi imponenda in quolibet caſu,quo contrafecerit in prædictis.

De iuriſdictione Poteſtatis,& officialium noſtri Communis. Rub. XIII.

POTESTAS, ſeu vice,aut loco eius fungens,ipſiusq; officiales,nec non Cancellarius noſtri Comunis pro Romane Eccleſie, aut verò pro Comune Terræ Caſtri Fidardi electi, ſeu etiam deputandi,qui nunc ſunt,& erunt,& quilibet noſtri Comunis officialis habeat, & vigore præſentis ordinamenti habere intelligatur plenam iuriſdictionem in de & ſuper his cauſis,actibus, & negocijs ad quas,& quæ fuerint deputati,electi,ſeu etiam ordinati per omnia, & ſingula ad exercitium, & executionem iuriſdictionis,& officij neceſſaria,vtilia,& opportuna, & maximè Poteſtas,& eius Vicarius in cognoſcendo,& procedendo,ſententiando,decidendo,& executioni mandando per ſe, & eius officialem, familiarem,& nuncium in ſuper & de omnibus,& ſingulis cauſis,litibus ordinarijs,& extraordinarijs, ciuilibus, & criminalibus,& mixtis,& alijs quibuſcunque eorum Curiæ determinationi occurrentibus,& contingentibus quandocunque, & maximè Vicarius Poteſtatis In ſcribendo acta criminalia, & ciuilia, ſi opus fuerit in abſentia Cancellarij coràm Poteſtate,vel eo facta,vel facienda ſint;& eſſe intelligantur legitimi,veri, & ordinarij pro S. R. E. & dicto Comuni Caſtri Fidardi Iudices competentes ad omnes,&ſingulos actus exequendos,& explicandos, ſine quibus iuriſdictio exerceri non poteſt. Caſibus notabiliter grauioribus,& atrocioribus ab Eccleſia reſeruatis dũtaxat exceptis. Simili modo dictus Vicarius in ſpectantibus ad ſuum officium extraordinariorum,& alij ſimiles noſtri officiales in his, & ſuper his,quæ ad eorum officia exequenda generaliter,aut ſpecialiter pertinere noſcuntur,ſeu ad quæ per noſtrum Regimen,&Comune deputati extiterint habeant in omnibus,& per omnia: & dictis modis intelligãtur habere poteſtatem,iuriſdictiones,largas habenas,& poteſtatem plenariam, adeo vt omnia ea,& ſingula, quæ in prædictis,& circa prædicta,& quolibet prædictorum ritè,& ſecundum formam noſtrorum ſtatutorum,& ordinamentorum egerint,cognouerint,& iudicauerint,aut executioni mandauerint per omnia plena valeat, teneant,firma ſint,& obſeruari debeant,iure aliquo contrario non obſtante,nec prætextu alicuius defectus iuriſdictionis impugnari valeant,nec tolli; dumtamen impoſitiones pœnarum non excedant,ſubter annexas,& metas,& formas traditas: videlicet,in primis,qui culpabiles rei confeſsi,aut legitimè conuicti,& conuincendi certa,& determinata pœna obnoxij comperiuntur in aliquo noſtrorum ordinamentorum,tunc illa pœna in caſibus ſingulis,& non alia ſtatuatur:alioquin ſecus impoſita pœna,vel multa non valeat vllo modo,immo totus proceſſus inde habitus,vnà cum ſententia,ſit ipſo iure nullus, & quid fecerit circa diminutionẽ pœnæ ad damnum Comunis, officialis teneatur Comuni refundere duplicatum, & reus nihilominus obnoxius pœna ſtatuti perſiſtat, quouſque illam ritè damnatus perſoluerit. Quod verò ſuperfuerit in pœna,vel mulcta vltra formã, & debitam quantitatem impoſitã in totum, tamquàm ſuperfluum à ſe impoſitum debeat officialis parti læſe de proprio ipſius officialis reddere duplicatum; in caſibus verò inobedientiarum non habentibus expreſsè,vel per ſimilitudinem aliquam in ordinamentis pœnam determinatam, ſiquidem vigore ſui officij exercẽdi in extraordinarijs cauſis,vel negocijs in præceptis faciẽdis aliqua fuerit mulcta,ſiue pœna imponenda ſub tali moderamine iudicetur: videlicet,qui Poteſtas,& Vicarius, & quiſlibet ipſorum poſsit in eorum præceptis ſingulis vicibus, & perſonis pœnã imponere: videlicet,Poteſtas vſque in lib. v & Vicarius vſque in duabus lib. prout conuenire,& expedire cõſpexerit negocij,& perſonæ qualitate penſata: ita ꝙ minimis modicas,& in mediocribus idoneas; in maioribus verò vſq; in dictam quantitatem ſeueriores,pro motu ſuo,& arbitrio ſui vinculo iuramenti ſtatuat mulctas; in quibus tantũ mulctis, & pœnis poſsit inobedientes punire. Nec tamen contra eandem perſonam eodem die,& pro eodem negocio, vel eadem cauſa amplius quàm tribus vicibus ſtatuere valeant; in alijs autem exceſsibus non determinatis,obſeruetur in modo pœnarum forma ſtatuti,& ordinamenti de hoc loquentis poſiti infra de maleficijs in tertio libro.

De ſalario Poteſtatis,& officialium per augumentum,ac vſurpatiuas adictiones non ampliando. Rub. XIIII.

QVEMADMODVM ſtipendijs proprijs nemo cogitur militare ita conuenta ſibi mercede debet mercenarius eſſe contentus; quapropter præſenti edicto ducimus ordinandum, vt Poteſtas, Cancel-

Cancellarius,& quiuis alius noſtri Comunis officialis deputatus, ſeu deputandus proprio, & ordinario ſalario eſſe debeant taciti,& contenti abſq; alia ſolutione ex quauis cauſa, & lucri perceptione querenda,vel detinenda per ſe,aut alteram partem, ſub pœna quinquaginta librarum pro quolibet contrafaciente perſolueñ. nec perſona aliqua de terrigenis,vel officialibus audeat ordinare,conſentire,vel opera re,vel dare aliquid aliquo modo,verbo,vel facto contra prædicta,pœna dupli eius,ꝙ auctum,vel additũ, vel etiam perſolutum prædictis,& vltra prædicta fuerit quoquomodo; & nihilominus in xxv. lib. pœna contrafacientes incurrant vice qualibet; & nihilominus partes pœnarum ſibi permiſſas per ordinamenta noſtra percipere non poſſit; quicquid autem in contrarium in prædictis,aut plus, vel vltra in prædicta deliberatum extiterit,nullatenus valeat,vel ſeruetur.

Quòd prædicti officiales teneantur ſeruire perſonaliter,& non per ſubſtitutum. Rub. XV.

ITEM ſtatuimus,ꝙ nemo ipſorum officialium poſſit ſeruire per ſubſtitutum alterius, aut locum eius tenere,niſi cum licentia D. Rectoris Prouinciæ,& Concilij generalis noſtri Comunis,ſed magis per ſe ipſos perſonaliter,& per debitum, & ordinatum, ſeu etiam ordinandum numerum eius familiæ, de qua quolibet menſe monſtram facere teneatur ad requiſitionem D D. Priorum cum rogatione Cancellarij, qui talẽ moſtram in ſuis libris apud Cancellariam ſemper redigere teneatur, ſub pœna dictis Prioribus, & Cancellario quinquaginta ſol. deñ. pro quolibet; in qua quidem moſtra ſi Poteſtas repertus fuerit ſine Vicario, puniatur in tribus ducatis qualibet vice; quas pœnas Priores teneantur pœna decem librarum proquolibet exigi facere,retinendo ſalarium pro tempore,quo contrauentum fuerit.

De pœna officialium,& ſalariatorum abſentantium abſque venia. Rub. XVI.

POTESTAS, vel alius officialis conductus,vel ſalariatus à Comune Terræ Caſtri Fidardi ad aliquod officium publicum exercendum,ſiue ſit Medicus,ſiue Magiſter gramaticæ,non poſſit, nec valeat ſe abſentare à Terra Caſtri Fidardi ſine expreſſa venia D D. Priorum,& Concilij generalis legitimè obtenta ad buſſulas,& palluctas,pœna cuilibet Priorum alteri danti licentiam quinquaginta ſolidorum pro quolibet,& vice qualibet, & licentia data non valeat,nec teneat vllo modo; & ſi fuerit legitimè obtenta,& conceſſa alicui ex ſupradictis Poteſtati, & officialibus conductis, & ſalariatis à noſtro Comuni, volumus ꝙ vltra tempus ſibi in dicta licentia conceſſum ſupradictis, ſuffragari nullo modo poſſit; & ſi aliquis contrafecerit in aliquo caſu prædictorum,ſi fuerit Poteſtas xx. ſol. pro qualibet vice qua contra fecerit,& qualibet die,qua vltra dictam licentiam ſteterit,de facto incurrat. Si verò fuerit Vicarius,ſeu Medicus, ſeu Magiſter gramaticæ dicti Comunis, etiam pœna xx. ſol. pro quolibet, & vice qualibet qua contrafecerit,& die qualibet,qua vltra dictam licentiam ſteterit,de facto ſoluat. Si verò alius officialis fuerit,vel ſalariatus, pœna x. ſol. modo prædicto perſoluat; quas pœnas per eorum Syndicatores exigi volumus,& ſtatuimus. Si verò dictus Poteſtas ſe abſentauerit à dicta Terra ſine expreſſa venia ut dicta,incurrat pœnã x. lib. & ſi pernoctauerit, incurrat pœnam v. lib. pro quolibet die vltra dictas x. lib. & qualibet vice. Si verò dictus Vicarius,Medicus,Magiſter gramaticæ, ſeu ipſorum alter ſe abſentauerit,vt ſupra,incurrat pœnam centum librarum pro quolibet,& vice qualibet.

Quod Poteſtas teneatur exigi facere omnes condemnationes,& collectas. Rub. XVII.

CVM quod differtur,plerumq; non detur. Ideo ſtatuimus,ꝙ Poteſtas teneatur exigi facere omnes pecuniarum quantitates collectarum,præſtantiarum,datiuarum, talleonis, & condemnationum, in quibus quilibet noſtro teneatur Comuni; & de his,quas exigi fecerit,ſeu exigerit,& effectualiter deueniri fecerit in Comuni,videlicet de condemnationibus tantùm non ſolutis infra duos annos à die à quo latæ fuerint,habeat ſol. duos pro qualibet libra; teneatur etiam exigere ſine aliqua mercede de menſe in menſem omnes condemnationes per ipſum latas tempore ſui officij; quod ſi non fecerit, omnes tales condemnationes per ipſum latæ,& non exactæ,vt ſupra,detrahi debeant de ſuo ſalario, niſi fuerit iuſta cauſa impeditus.

Quod Poteſtas,eiuſq; officiales, & Cancellarius noſtri Comunis teneantur executioni mandare præcepta Dominorum Priorum. Rub. XVIII.

STATVIMVS, ꝙ omnes,& ſinguli officiales prædicti teneantur,& debeant effectualiter, & toto pectore exequi,& executioni mãdare omnia,& ſingula præcepta,reformationes,deliberationes,pro-

uiſiones

uiſiones,ſeu decreta facta per Dominos Priores,vel maiorem partem ipſorum,ſecundum formam ſtatutorum,de quacunque re,ſeu cauſa contra quamcunque perſonam, locum, vel vniuerſitatem; pœna decem librarum ipſi officiali, cui prædicta mandata commiſſa fuerint, ſi in prædictis, vel aliquo prædictorum negligens,vel remiſſus extiterit,pro quolibet,& vice qualibet auferenda.

Quòd Poteſtas teneatur obſeruare omnia ſtatuta, tàm facta,quàm ſuo tempore facienda. Rub. XIX.

STATVIMVS, & ordinamus, ꝙ Poteſtas Terræ Caſtri Fidardi teneatur, & debeat obſeruare,& obſeruati facere omnia,&ſingula ſtatuta,reformationes,& ordinamenta,tàm facta,quàm ſuo tempore facienda in dicta Terra Caſtri Fidardi,pœna ducentarum lib. den. pro qualibet vice, qua contrafacere,vel venire auſus fuerit.

Quòd officialis miſſus amba ſciator pro Comuni,non habeat niſi expenſas. Rub. XX.

ORDINAMVS, ꝙ ſi contingerit aliquem,ſeu aliquos officiales,& ſalariatos noſtri Comunis ire ſeu mitti pro aliquibus negocijs extra Terram Caſtri Fidardi,non debeat habere, nec habeat à Comune aliquam mercedem,ſiue ſalarium,niſi tantummodo expenſas pro ſe,& equo, & familiare, ſi familiarem ſecum duxerit,& pro equo,ſeu equis condignam vecturam, & ſalarium pro familiari.

Quòd Poteſtas,& eius officiales non refirmentur. Rub. XXI.

NE Poteſtas,& eius officiales à virilitate ſui officij ceſſent, & ab adminiſtratione iuſtitiæ deſiſtant; ſtatuimus,ꝙ nullus Poteſtas Terræ Caſtri Fidardi,nec Vicarius eius,ſiue Notarius vltra primum ſemeſtre tempus ſui officij audeat,vel præſumat per ſe, vel alium petere refirmam ſub aliquo quæſito colore, ſub pœna vigintiquinque librarum pro quolibet contrafaciente, & vice qualibet; & ꝙ nullus audeat proponere,conſulere,vel arengare,nec aliter operam dare,ꝙ dicti officiales, ſeu ipſorum alter refirmetur,ſub iam dicta pœna pro quolibet,& vice qualibet,qua contrafactum fuerit in prædictis.

Quòd Poteſtas,& eius officiales,& familia non ſyndicentur infra tempus ſui officij. Rub. XXII.

STATVIMVS, ꝙ Rector,ſeu Poteſtas Terræ Caſtri Fidardi,& eius officialis,& famulus ipſi,& ipſorum alter,durante tempore eorum officij non poſſint,neque valeant quolibet modo ſyndicari,ſeu de geſtis in eorum officio quomodolibet rationem reddere,ſed ſolum eorum finito officio ſtent ad ſyndicatum, prout tenentur ſecundũ formam ſtatuti de ſyndicatu loquentis; aliàs quicquid factum fuerit in fauorem ipſius Rectoris,ſeu Poteſtatis,& ſuæ familiæ ſit ipſo iure nullum, & nihilominus finito officiò ad ſyndicatum ſtare teneantur; & Poteſtas,& quilibet eius officialis petens,vel permittens ſe ſyndicari ante finem officij ſui,incidat in pœnam centum librarum denariorum qualibet vice, qua contrauentum fuerit; & Syndicatores qui ſyndicarent eos, puniantur pœna vigintiquinque librarum pro quolibet,& qualibet vice,& eadem pœna proponentes,& arrengãtes vt ſyndicatus fiat ante finitum officium ſimiliter pro quolibet,& qualibet vice.

De modo ſyndicandi Poteſtatem,& eius,& noſtros cæteros officiales. Rub. XXIII.

VT quilibet noſter officialis in ſuo officio legaliter, ac ſine fraude procedat; ſtatuimus, ꝙ in noſtro Concilio generali faciendo circa finem officij cuiuſcunque noſtri Poteſtatis eligantur duo Syndicatores,& coram ipſis Syndicatoribus quilibet noſter Poteſtas,& eius officialis,& familia finito ſuo officio ſtet,& ſtare debeat ad ſyndicatum,& plenam reddere rationem cum integra, & debita ſatisfactione de adminiſtratis per eos,& quemlibet eorum,præſtita tamen ab ipſis Poteſtate,& eius officialibus,& familia idonea, & ſufficienti ſatiſdatione in forma debita de ſoluendo, & reſtituendo omnes, & ſingulas quantitates,& res in quibus ipſi,vel ipſorum alter per dictos Syndicatores iuridicè fuerint condemnati: factis bannimentis per loca publica, & conſueta de volentibus conqueri de dicto tunc olim Poteſtate, & eius officialibus,& familia,ſtando perſonaliter in iudicio coràm ipſis Syndicatoribus horis congruis, & depu-

& deputatis hoc modo, quòd omnes volentes conqueri de dicto Poteſtate, officialibus, & familia, infra tres dies comparere debeant perſonaliter, vel per legitimum procuratorẽ, & coram ipſis Syndicatoribus in ſcriptis producere petitiones eorum, & quòd tertia die dicti ſyndicatus volentes producere petitiones contra dictos officiales non audiantur, niſi dumtaxat de debitis, immo pro contumacibus, & amplius ius querelandi nõ habentibus reputentur infra dictum terminum, & ſi petitiones aliquæ productæ non fuerint contra ipſos, vel aliquem ipſorum tertia die dicti ſyndicatus, facta diſcuſione, & reuiſione omnium proceſſuum inquiſitionum, accuſationum, & ſententiarum earundem: prædicti Poteſtas, officiales, & familia, ſeu ipſorũ alter ſi inſontes reperti fuerint ſollẽniter ꝑ ſententiã Syndicatorũ abſoluentur, ſi verò contra ipſos, vel alterum ipſorum producta fuerit aliqua petitio, vt ſupra, dicti ſyndicatores infra dictos tres dies maturè videre, cognoſcere, & declarare debeant, & ſi opus fuerit conſiliũ habere, & ex inde illũ, vel illos abſoluere per eorum ſententiam, aut condemnare, vt iuris fuerit, & conſonum equitati; & quicquid per dictos ſyndicatores ſententiatum fuerit in prædictis, vel aliquo prædictorum plenum ſit, & plenam obtineat firmitatem, aliqua proceſſus ineptitudine non obſtante.

De modo eligendi Syndicatores. Rub. XXIIII.

STATVIMVS, quòd per noſtrum Concilium generale matura deliberatione inter eos ſollenniter habita eligantur, & deputentur duo Syndicatores boni, & maturi homines, qui ſint, & eſſe debeãt de numero conciliariorum, & ſimili modo eligantur, & deputentur Notarij Syndicatorum, qui Syndicatores, & Notarij ſic electi, & deputati, in primis, & antequàm eorũ officiũ adminiſtrare inceperint iurare teneantur, & debeant eorum officium bene, & fideliter, ac legaliter exercere bona fide, & ſine fraude, & ius, & iuſtitiam adminiſtrare, remotis odio, amore, timore, pretio prece, & omni alia humana gratia, & Notarius pro ſuo ſalario bononenos decem de ære Comunis habere debeat, & pro primis ſcripturis nullam aliam mercedem habeat, pro copijs verò, condignam habeat mercedem, videlicet bononenos duos pro carta.

Quòd officiales nihil percipiant ſine pretio per ipſos ſoluendo. Rub. XXV.

POTESTAS, aut aliquis officialis noſtri Comunis non poſsit, nec debeat particularibus perſonis lectum, cupertoreum, ligna, vel aliam rem percipere, petere, nec recipere, aut deferri facere ſine competenti mercede, expreſſe conuenta, & nemo eis, vel alicui eorum dare, comodare, mutuare, vel deferre, donare, aut concedere aliquid præſumat ſine vero, & euidenti precio, ſeu mercede, præter equos, qui accomodari poſsint, hinc inde; aſellus autem nullo modo, & cõtrafaciens in prædictis, vel altero prædictorum, tàm dans, quàm accipiens, in ſolidis quadraginta denariorum puniatur, & poſsit à quolibet denunciari, & credatur ſacramento denunciantis cum dicto vnius teſtis bonæ famæ; & Poteſtas teneatur exigere dictas pœnas de facto infra tres dies, & ſi negligens fuerit, puniatur ipſe Poteſtas in duplo dictarum pœnarum tempore ſui Syndicatus.

Quòd Poteſtas, vel officialis eius non prorumpant inhoneſtè dicto, vel facto contra Priores Rub. XXVI.

STATVIMVS, & ordinamus, quòd Poteſtas, & eius Vicarius, officiales, & familia prorumpere non debeant ad aliquod dictum, vel factum minus honeſtũ, & multo minus conuitioſum, contumelioſum, vel iniurioſum contra Dominos Priores, vel aliquẽ eorum, ſeu eorum officium, pœna dupli eius, quòd teneretur quilibet alius conuicians, iniurians, ſeu contumelians eos, vel alterum eorum, & officiũ & ad petitione Dominorum Priorum, vel alterius eorum, Syndicatores tempore ſyndicatus debeant inquirere, inueſtigare, & punire, pœna xxv. lib. deñ. pro quolibet Syndicatorum procedere, & punire ceſſantium, & negligentium.

De electione Conciliariorũ Concilij generalis, & eorũ iuramento, & Poteſtate. Rub. XXVII.

CVM graue, ſcandoloſum, laborioſum, & plerunq; periculoſum ſit vniuerſitatem totam pro ſepiſsi

Comune Caſtri Fidardi,nomine totius vniuerſitatis cum pleniſsima, & efficaci poteſtate cuiuſlibet rei, & negocij ad vniuerſitatem de conſuetudine, vel de iure ſpectantis, & pertinentis generale Concilium, & fiat perpetuò duraturum de bonis,&idoneis Sanctæ Romanæ Eccleſiæ amatoribus,popularibus,& ter rigenis Caſtri Fidardi vſque ad numerum xxv. & vltra,prout qualitas,& quantitas hominum,& rerum, caſuumq; conditio ſuadebit, ſicq; firmiter præſentis ordinamenti ſerie conſtituimus,vt ipſum tale Concilium nunc exiſtens,& aliud quodlibet dictis modis deputandum,& ritè celebrandum conſulendi,deliliberandi,reformandi,& executioni per ſe,vel alios demandandi pleniſsimam pro dicta vniuerſitate noſtra,vt præmittitur,habeat facultatem,authoritatem, & poteſtatem,prout, & ſicut ipſa vniuerſitas tota in vnum conuenta,& conſona haberet,& habere poſſet,cuius quidem Concilij omnes,& ſinguli Conciliarij ab initio ſolemne iuramentum præſtare cogantur de bene,legaliter,& fideliter, & non ſecus agendo;nec conſentiendo in forma,& ſecundum formam iuramenti Dominis Prioribus inferius conſtituri;ad dentes,ꝙ moriente,vel perpetuò deficiente,vel recedente à dicta Terra vno,vel pluribus ex dictis Conciliarijs,ſubrogetur alio loco deficientis ſecundum deliberationem Dominorum Priorum,qui pro tempore erunt,& illorum qui ſunt de numero Concilij ſecundum conſuetudinem Terræ Caſtri Fidardi.

De electione Dominorum Priorum,& iuramento,poteſtate, priuilegio, & ſtipendio, & de electione Cammerarij Rub. XXVIII.

IVRIS, & vſus congruit rationi,vt ad publicarum rerum curam,& regimen aliqui debeant anteponi virtutis meriro commendabiles,& prærogatiua dotati, regulis tamen non nullis ſub dicti iuri,ac hone ſtati congruis, quos prohibentur excedere, itaq; ſecundum mores probabiles, & conſuetos Comunis noſtræ Terræ in poſterum vigeat in eadem Terra officiũ Dominorum Priorum,ſimul debentium in conſueto Palatio Comunis continuè reſidere ſaltim de mane, vſque ad horam tertiarum, & de ſero ab hora veſpertina vſque ad noctem, alioquin ſtipendio Comunis ipſo facto intelligantur priuati; ad quorum Dominorum Priorum officium ſpectare volumus, & iminere curam peragendi negocia Comunis circa propoſitas,conſultationes,& deliberationes,& literas Comunis miſsiuas, & reſponſiuas, & ſint, & eſſe debeant numero quatuor, vel trium, nec non circa expenſas, & ædificationes Comunis, ac etiam circa introitus publicos,& Reipublicæ ſtatum,regimen circa reformationes,ac electiones,deputationes, nominationes,& aſſumptiones officialium,ambaſciatorum,& operariorum ſpectantium ad Comune, nec ſine ipſis Prioribus, vel maiori parte ipſorum aliqua expenſa pecuniaria fieri poſsit, nec aliquod Comunis negocium explicari,præter executionem,adminiſtrationem iuſtitiæ in ciuilibus,& criminalibus,& extra ordinarijs,& alijs quibuſcunque cauſis, & negocijs. Quæ officio Poteſtatis, & aliorum officialium forenſium noſcuntur incumbere,ſeu etiam pertinere de conſuetudine,vel de iure,in quibus ipſorum Priorum ſcientiam, voluntatem, aut præſentiam non decernimus opportunam, cum diſſonum ſit inter eos, qui ſunt eiuſdem patriæ iudicandi iuriſdictione potiri,vel prærogatiuis,tamen eos gaudere volumus infraſcriptis; videlicet,ꝙ ipſorum durante officio obſequium aliquod perſonale impendere non cogantur; volumus etiam,ꝙ à ſingulis terrigenis,& habitatoribus Caſtri Fidardi honorificè venerentur,nec aliquibus contentionibus, iniurijs, vel offenſionibus afficiantur: contrafacientes verò puniantur ſecundum formam noſtrorum ſtatutorum; iurare autem ſolemniter teneantur, & etiam obſeruare dicti Priores ſe eſſe fideles ſubiectos,& deuotos amatores Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, Pontificum, Paſtorum,Rectorum, & officialium eiuſdem,&maximè pro tempore canonicè præſidentium; &in eodem iuramento nomina, & tituli exprimantur,& efficaci opere ſe fautores,& executores honoris,& mandatorum eorundẽ oſtendant; item ꝙ ad bonum, & pacificum ſtatum Caſtri Fidardi, & ad iuſtitiæ obſeruationem in ipſa Terra ſub pura conſcientia,& omni corruptela ceſſante,fauorem impendent,&dabunt operam efficacem qualiber tiranide,ſeditione, & ſubleuatione depreſſa pro conſeruatione bonorum iurium,& priuilegiorum Comunis dictæ Terræ,atque pro viribus augumentari ſtudeãt,& propoſitas,conſultationes, & deliberationes,ac etiam expenſas inutiles, aut damnoſas non facient, neque fieri vtiq; permittent; credentias, ſeu coadunationes hominum Comunis pro ipſius Comunis vtilitate,bono, & honore Sanctæ Romanæ Eccleſiæ facere procurabunt cauſas, lites Comunis,vel ipſi Comuni vtiles, aut neceſſariò incumbentes,ac etiam ædificationes,& reparationes opportunas,præter omnem inſolentiam,iniuriam,& negligentiam ſolicitabunt,proſequentur,& facient expediri Comunis eiuſdem ſumptibus,& expenſis. Exactiones,nec non & ſolutiones pro Comuni, ſeu per Comunem faciendas, fieri,et exequi procurabunt,

abſque

abſque tarditate,&iactura Communis,& ꝙ Terrigenis,aut diſtrictualibus obſeruetur Iuſtitia,nec læſio inferatur pleno conatu, licitis tamen modis præbebunt operam, opportunam formam noſtrorum ordinamentorum in omnibus, & maxime in expenſis, & oneribus explicandis obſeruabunt, & pro viribus facient obſeruari,pacificari diſcordias, diſcrimina,& inimicitias Terrigenarum noſtrorum fœdere,artibus, & remedijs fructuoſis curabunt,& omnia,& ſingula agent, facient,& obſeruabunt ipſis,& eorum officio incumbentia,pertinentia,& ſpectantia,de iure,& de conſtitutione vinculo iuramenti, & ſub pœnis in ſtatuto contentis. Vltimo additur, quòd ipſi demum Priores tempore ingreſſus ſuorum proxime ſucceſſorum, antequam ipſi veteri ab officio diſcedant, teneantur, & debeant ipſorum ſucceſſores in ſcriptis cũ rogatione Notarij, vel Cancellarij inſtruere, vel informare de ſingulis Communis negocijs per eorum curam agendis, vel ſollicitandis, & res Communis in dicto eorum habitaculo exiſtentes per inuentarium reaſsignare vinculo iuramenti, & pœna centum ſol. ſoluendorum per quemlibet ipſorum contrafacientem. Additum eſt etiam ad maiorem declarationem, quòd officium Dominorum Priorum, qui nunc ſunt, & pro tempore erunt perpetuò durent, quorum vno, vel pluribus morientibus, vel perpetuò à dicta Terra deficiente, alius, vel alij, ſubrogentur in loco morientis, vel morientium, ſeu deficientis, vel deficientium, ſecundum deliberationem Dominorum Priorum, & hominum eligendorum, qui ſint de concilio,& eſſe debeant,& Ciues dictæ Terræ Caſtri Fidardi; ſtatuentes inſuper,quòd finito buſſulo, videlicet extractione vltimi breuicilli Dominorum Priorum,Priores, qui pro tempore erunt teneantur, & debeant vinculo iuramenti,& pœna xxv. lib. ſoluendarum pro quolibet contrafaciente per decem dies ad minus ante finem dicti menſis Auguſti facta prius notificatione, & habita voluntate concilij ſecundum conſuetudinem dictæ Terræ in vnum conuenire in loco ſecreto cum præſentia Cancellarij, qui in ſcriptis habeant omnia nomina conciliariorum,&matura deliberatione, & bona diſcretione inter eos habita ſcribi faciant manu Cancellarij plures breuicellos, prout opus fuerit, in quorum quolibet ſint deſcripta nomina Dominorum Priorum,qui breuicelli omnes, poſt quam fuerint ſcripti ponantur in vno buſſulo ſigillato ſigillo Communis, & inde non extrahantur, niſi cùm tempus erit extrahendi officium Prioratus ſingulo bimeſtri,&extractis omnibus dictis breuicellis,ſimili modo in futurum fiat,vt ſupra dictum fuit.

Quòd Domini Priores,& alij officiales ſimul intereſſe debeant Miſſæ Celebrandæ in introitu, eorum officij. Rub. XXVIIII.

CVM ex his,quæ religioſe procedunt finis laudabilis ſequi ſoleat. Ideo ſtatuimus,& ordinamus, ꝙ primo die menſis, qui renouantur dicti Priores in Terra Caſtri Fidardi de mane poſt iuramentum præſtitum cum omni debita reuerentia, ac deuotione celebrandã curent miſſam in Eccleſia Sancti Franciſci dicti loci Caſtri Fidardi,vel in alia Eccleſia; cui miſſæ, tam Priores veteres,quàm noui intereſſe debeant à principio, vſque ad finem miſſæ ibi dicendæ, & contrafacientes in quinquaginta ſolidorũ pœna puniantur pro quolibet contrafaciente,& vice qualibet.

Quòd Poteſtas,& Priores teneantur diſcordias,& inimicitias componere. Rub. XXX.

VT Terra noſtra Caſtri Fidardi in pace, vnione,& tranquillitate valeat gubernari:ſtatuimus, quòd Poteſtas,& Priores,qui pro tempore erunt per ſe, vel cum alijs, quos ſecum habere voluerint, vel per alios per eos deputandos poſsint,& debeant vinculo iuramenti, ſe amicabiliter, & pro poſſe interponere pro tollendis,& ſedandis omnibus contentionibus ciuilibus,& criminalibus, & diſcordijs inter Ciues,& habitatores Caſtri Fidardi,& pro pacificandis,& ad concordiam reducendis ipſis altercantibus,& pro tollendis,& ſedandis omnibus contentionibus,& controuerſijs; ſupradicti habeant omnimodam facultatem,& autoritatem.

Quòd nullus poſſit eſſe Prior, qui non habitaſſent ipſe, & ſui anteceſſores à xxx. annis citra in Caſtro Fidardo. Rub. XXXI.

VT negocia noſtri Comunis ad notitiam forenſium non deueniant,ſed per antiquos noſtros terrigenas ſub ſilentio,& maiori charitate tractentur: ſtatuimus,& ordinamus, ꝙ nullus poſsit eſſe Prior populi,nec Conciliarius Terræ Caſtri Fidardi,qui non habitauerit in dicta Terra,& eius diſtrictu, & anteceſſores

teceſſores ipſius à triginta ãnnis citra; & quicunque dictum officium Prioratus aliter acceptauerit, ſoluere teneatur Comuni Caſtri Fidardi pro banno, & nomine banni x. lib. deñ. & à dicto officio illico remoueatur omnino; & Notarius reformationum teneatur, & debeat vinculo inramenti ſtatutum prædictum legere in Concilio tempore reformationis, ad hoc ne aliquis prætendat ignorantiam.

Quòd Priores eorum durante officio non debeant aliquid deliberare circa pecunias ſibi debitas à Comune. Rub. XXXII.

STATVIMVS, & ordinamus, ꝙ Priores non debeant, neq; poſsint eorum durante officio aliqnid deliberare, vel deliberari facere vllo modo circa quaſcunq; pecuniæ ſummas, vel res illis, vel cuilibet ipſorum debitas à Comuni, ſed deliberationes huiuſmodi reſeruentur omnino ſuis in officio ſucceſſoribus, pœna decem librarum pro quolibet contrafaciente, & vice qualibet, & nihilominus deliberatio ſit ipſo iure nulla.

Quòd Priores eorum durante officio non poſsint conuenire, neq; conueniri. Rub. XXXIII.

ORDINAMVS, ac præſenti ſtatuto firmamus, ꝙ Domini Priores, vel alter ipſorum, eorum durante officio non poſsint conueniri ciuiliter in Curia Poteſtatis Terræ Caſtri Fidardi vllo modo, nec ipſi alios conuenire nominibus proprijs, vel etiam alienis, namq; abſurdum videretur, quem ſimul apparere præſulem, & priuatum, & contra alios, quod ſibi recuſat velle ſtatuere.

Quòd habens cauſam cum Comune non poſsit eſſe Prior durante cauſa prædicta. Rub. XXXIIII.

ORDINAMVS, ꝙ qui aliquam quæſtionem, vel cauſam habuerit cum Comune eo tẽpore, quo eliguntur Priores, pater eius, filius, frater, nepos carnalis ad inuicem, ac inſimul habitantes in eadem domo, non poſsint eſſe, ſeu eligi ad officium Prioratus vllo modo; & ſi aliquis prædictorum electus fuerit contra formam prædictam, dicta electio nõ valeat, & ſit ipſo iure nulla, & ille qui electus fuerit, dictum officium exercere non poſsit, & ab exercitio dicti officij expellatur omnibus iuris remedijs neceſſarijs.

Quòd Priores non poſsint facere eorum debita regiſtrari, neq; aliquod officium recipere, neq; dare alicui conſanguineo. Rub. XXXV.

STATVIMVS, & ordinamus, ꝙ Priores Terræ Caſtri Fidardi, qui pro tempore fuerint durante eorum officio non poſsint aliquod eorum debitum regiſtrare, nec in regiſtro Comunis Caſtri Fidardi poni facere, nec aliquid ordinare pro eorum, vel alicuius eorum vtilitate, nec facere ſe eligi, nec poſsint habere aliquod officium, ex quo ſalarium percipiatur; & qui contrafecerit ſoluat bannum centum ſolidorum denariorum. Item, quòd dicti Priores prædicta facere non poſsint, nec etiam ad fauorem ſuorum familiariorum, filiorum, fratrum, & generum, ſub pœna banni prædicti, & teneatur Notarius reformationum facere eos iurare prædicta obſeruare vinculo iuramenti in principio eorum officij.

Si quis recuſauerit exercere officium Prioratus priuetur ipſo officio. Rub. XXXVI.

OB ſuperbiam deprimendam ſtatuimus, quòd nullus audeat, vel præſumet renunciare officio Prioratus, ſi ad ipſum officium aliquo tempore fuerit deputatus, quòd ſi fecerit, ad ipſum renunciatum officium non poſsit vllo vnquam tempore habere regreſſum, ſed ipſo officio perpetuo ſit, & eſſe intelligatur priuatus, & nihilominus pœnam x. lib. deñ. pro qnalibet vice, qua tale officium renunciatum fuerit renuncians incurrat, & eadem pœna puniatur recuſans officium huinſmodi exercere; & recuſare intelligatur, ſi monitus, & iuſſus à Poteſtate, vt dictum officium exerceat, ipſum nihilominns poſt monitionem, & iuſsionem continue in totum, vel in partem recuſauerit, vel noluerit exercere: niſi iuſta, ac legitima cauſa excuſetur.

De

De Concilio publicæ vtilitatis quolibet ſemeſtri conuocando. Rub. XXXVII.

PVBLICAM vtilitatem conſtat præponendam eſſe priuatę,ne ſingularitatum morſibus deuorata ruat,vel ob negligentiam in perniciem tendat,continuis excogitātium ferè vigilijs,&fructuoſis operibus exequenda. Quocirca præſentis edicti tenore firmamus,vt Poteſtates, ſiue Rectores pro tempore præſidentes vinculo iuramenti,& pœna x. lib. deñ. pro quolibet ipſorum contrafaciente, quòd quolibet ſemeſtri in prima Dominica, vel feſtiua die,aut ſaltem inſecunda poſt ingreſſum Poteſtatis debeant, & teneantur die præcedenti bannimentis publicis ritè, & ſolemniter conuocare Concilium generale noſtri Comunis, & in eo ſolummodo generalem propoſitam facere ſuper publica,& euidenti vtilitate, & bono ſtatu ipſius Comunis, & ſuper augumentatione iuris,& iuriſdictionis eiuſdem largè, & generaliter proponendo: ita quòd ſuper ipſis propoſitis,& eas tangentibus vnuſquiſq; ad vtilitatem, & augumentationem, & bonum prædictum poſsit, & valeat, tàm ſpecialiter, quàm generaliter licitè tamen,& honeſtè, & cum veneratione,& honore Sanctæ Matris Eccleſiæ, & ſecundum formam Conſtitutionū generalium arrengare,& conſulere, & conſultæ conſonæ rationi, & congruæ honeſtati iuxta prouiſionem Dominorum Priorum ad partitum ponantur,& mittantur ſecundum formam ordinamenti infrapoſiti, ſub rubrica. Quo ordine propoſitæ deducantur,& obtentæ,& reformatæ firmæ ſint, & ratæ ſeruentur.

Quo ordine propoſitæ deducantur in Concilio. Rub. XXXVIII.

PROPOSITAE verò in dictis Concilijs non aliter deducantur, nec deductæ valeant; niſi primo inter Poteſtatem, vel eius Vicarium, & Priores, vel maiorem partem ipſorum Priorum fuerint ad buſſulas, & palluctas præſente, & ſcribente Cancellario deliberatæ, & etiam obtentæ nemine ipſorum aſtantium diſcrepante, ſuceſsiue autem in ipſo Concilio ritè celebrando perducantur,& proponantur,& ſecundum deliberationem, & reformationem ſolemnem ipſius Concilij factam, & obtentam non aliter, quàm ad buſſulas, & palluctas, ſaltem per duas partes aſtantium conciliariorum pro legitime obtentis habeantur,dummodo ad minus duæ partes totius ipſius numeri dicti Concilij fuerint in ipſa deliberatione præſentes,& ita fiat, obſeruetur,& executioni mandetur, dummodo tales propoſitæ, deliberationes, & reformationes non fuerint, nec ſint contra, vel præter aliquam diuinæ legis cęnſuram,nec contra probabiles honeſtatis mores, nec contra Sacrorum Canonum inſtituta, vel ſanctiones legales, neq; contra, vel præter formam generalium Conſtitutionum Sanctæ Matris Eccleſiæ, nec contra honorem,& ſtatum ipſius Eccleſiæ,vel Paſtorum Rectorum, & officialium eius, vel alicuius eorum,nec etiam contra, & præter formam ſtatutorum,& ordinamentorum noſtri Comunis ritè vigentium, vel alicuius eorum,nec etiã contra formam alicuius contrariæ deliberationis,& reformationis,dummodo ſolemniter obtentæ in ſimili Concilio, vel maiori infra vnum annum à die ipſius contrariæ deliberationis, & reformationis. Et dumtamen non ſint, nec veniāt rectè, vel per obliquum contra Comunem, bonum ſtatum, & pacificum Terræ Caſtri Fidardi, nec tendant, vel induci poſsint ad aliquam diminutionem ipſius Terræ,deſtrictus, aut territorij eiuſdem,nec etiam dignitatis,honoris,& iuriſdictionis,præuilegiorum,& iurium Comunis ipſius Terræ, nec ipſam videantur lædere quouis modo, nec etiam deductæ ad caſſationē, remiſsionem, vel diminutionem alicuius condemnationis legitimè factæ contra delinquentes. Item,nec pro vel ſuper aliquo modo inducendo ad diminutionem bonorum Comunis, niſi fortè propter honorificentiam alicuius notabilis Paſtoris Rectoris, vel officialis Sanctæ Matris Eccleſiæ ex magna, & euidenti cauſa. Nec de, vel ſuper exemptione, vel immunitate alicuius ſpecialis perſonæ: præter quam ratione noui incolatus,vel euidentis miſerabilitatis, aut Eccleſiaſticæ dignitatis, in quibus exceptuatis caſibus, & quolibet ipſorum nulla propoſita conſultatio, deliberatio, vel reformatio quocunq; nomine facta valeat,neque teneat vllo iure, nec ipſæ,vel aliqua earum poſsint, nec debeant executioni mandari, nec aliquis teneatur ad obſeruationem earum, quinimo facientes verbo, vel facto contra prædicta, vel operantes officiales, & Priores in xxv. lib. deñ. pro quolibet eorum contrafaciente,& vice qualibet puniantur;& eãdem pœnam incurrant quicunq; ſuper propoſitis prohibitis conſulendo arrengare auſi fuerint; cæteri autem Conciliarij conſentientes pœnam xxv. ſolidorum denariorum incurant pro quolibet contrafaciente, & vice qualibet. Terriginæ verò, ſeu priuatæ perſonæ pro modo culpæ,& qualitate negocij per noſtra regimina multæ ſubdantur &c. Subiungitur ad declarationem prædictorum, quòd partita quorumlibet noſtrorum conciliorum non per alium, quàm per Poteſtatem noſtrum, vel Vicarium eius mictantur ſingulariter

gulariter, & explicite, ſuper vna quaq; propoſita ſuper arenga per Dominos Priores ellicita, & non ſimul cum altera,& quæcunq; partitæ mictantur ad buſſulas,& palluctas, vt dictum eſt. In quo quidem concilio ſit vna buſſula tantùm more ſolito, in qua omnes conciliarij mictant eorum fabas albas pro obti nendis, quæ vtilia conſiderabunt,& volent;optantes verò contrarium intus mittant eorum fabas nigras, quæ quidem fabæ, ſiue palluctæ recollectæ ibidē manifeſtè in bacili per Cancellarium, vel eius vicegerentē computentur. Addentes,quòd ſinguli mittentes eorū palluctas debeant,& teneant manus clauſas in mittendo in dicta buſſula, nec alio modo pandere audeant verbo, vel facto in quam, ſeu in qua mittere intendant, pœna x. ſol. deñ. pro quolibet contrafaciente,& qualibet vice. Item, quòd nemo debeat alteri ſuadere, vel alium inducere ad conſulendum, mictendum, vel obtinendū magis pro vna parte,quàm pro altera, vel ad aliquid dicendum, faciendum, vel obtinendum in aliquo concilio, vel alium informare,aut inducere,ſub pœna xx. ſol. deñ pro quolibet contrafaciente,& qualibet vice;nec aliquis in aliquo concilio maxime ſedendo, vel alibi extra arrengam ſtando rumorem facere, vel vocem notabiliter eleuare poſsit, ſub pœna x. lib. deñ. & maiori, vel minori arbitrio Poteſtatis imponenda ſecundū qualitatem exceſſus, & perſonæ: præterea nemo ex numero, & ordine Conciliariorum poſsit ad ipſum conciliū accedere donec de ipſius intereſſe in ipſo cōcilio ſpecialiter tractare contingerit,pœna quadraginta ſol. deñ. pro quolibet contrafaciente,& vice qualibet, ſed nihilominus de dicto concilio expellatur per Dominum Poteſtatem; nemoq; etiam plus, quam ſemel ad arengandum conſurgat in eodem concilio, niſi de licentia, vel mandato Poteſtatis,& vltra quatuor arengatores poſtquam ſurrexerint, & arrengauerint,& nemo arrengare præſumat abſq; expreſſa licentia dicti Domini Poteſtatis,& Priorum, neq; extra tenorem, & formam propoſitæ conſulendo quiſquam audeat deuagari,ſeu extra propoſitam aliquid dicere,& contrafaciens vice qualibet decem ſolidorum denariorum pœna puniatur, & nihilominus dictum illius aliter arrengantis vltra quatuor arrengas, vt ſupra, vel vltra propoſitam non valeat; nec ponatur ad partitum, pœna Poteſtati, & Prioribus x. lib. deñ. Inſuper quilibet de numero, & ordine concilij celebrandi, factis de ipſo concilio bannimentis,& proclamationibus, pulſataq; campana deputata ad ipſum concilium conuocandum teneatur accedere, & perſonaliter intereſſe; niſi rationabilem habuerit cauſam impedimenti, Poteſtatis,vel Vicarij arbitrio decernendā, & contrafaciens pœna vnius Iulij molctetur applicandi arbitrio Dominorū Priorum, & quilibet de concilio maximè aliàs arrengare conſuetus teneatur ad mandatum Poteſtatis ſurgere ad arrengandum,& in arrenga conſulere ſuper propoſitis,pœna x. ſol. pro quolibet cōtrafaciente,&qualibet vice. Aliud inſuper adijciēdo prouiſum eſt,vt quilibet conſultor,ſeu arrengator ad conſulendum exurgens debeat ante ingreſſum iurare tactis manibus ſcripturis in manu Cancellarij ibidem præſentis de bene, fideliter, & legaliter conſulendo ſecundum formam ſtatutorum, & ad bonum Comunis, & obſeruationis Iuſtitiæ, remotis lucro, damno, amore, odio, prece,vel affectione,& qualibet alia humana gratia,alioquin conſilium,& arrengamentum,non valeat, neq; ſcribatur.

Quòd nullus ex conciliarijs arrengare debeat ſuper negocio proprio, vel ſuorum actinentium. Rub. XXXVIIII.

STATVIMVS, quòd ſi contingerit aliquam propoſitā fieri in noſtro concilio, quæ propoſita tangeret aliquam perſonam ſpecialem ex conciliarijs,ille talis conciliarius exire debeat de concilio,ſiue Palatio, ſub pœna quadraginta ſolidorum denariorum, & nullus conciliarius arrengare debeat ſuper aliqua propoſita ſpectante ad ſe, vel ad aliquem eius conſanguineum vſq; in tertium gradum; & ſi aliquis pro ſe,vel alio conſanguineo,ſiue attinente vſq; in tertium gradum aliquid petierit in concilio, non debeat dari reſponſum niſi eo abſente prius deliberatum fuerit quid ſibi debeat reſponderi, nec aliquis debeat reſpondere, niſi ille, cui commiſſum fuerit reſponſum, ſub pœna centum ſolidorum denariorum pro quolibet contrafaciente,& vice qualibet.

De pœna dicentis alicui conciliario aliquam iniuriam arrengando,& econuerſo. Rub XXXX.

STATVIMVS, quòd nullus ex noſtris Conciliarijs audeat, vel præſumat alicui arrenganti aliquam iniuriam facere, vel dicere, nec eius dictum, ſiue arrengationem interrumpere, vel impedire, & econuerſo nullus arrengator audeat arrengando, vel præſumat alicui aliquam iniuriam facere, vel dicere

cere ſub pœna quadrupli,qua puniretur ſi alibi,& aliter talia,vel ſimilia contra aliquem commiſſa forent dicto, vel facto; & de prædictis Poteſtas, qui pro tempore fuerit ſummarie, & de facto ſine ſtrepitu, & figura iudicij teneatur,& debeat procedere,& culpabiles punire, ſub pœna x. lib. den. & ſub vinculo iuramenti præſtiti.

Quòd nullus audeat quicquam dicere, vel facere palam, vel occulte contra noſtrum Comune. Rub. XXXXI.

STATVIMVS, quòd nullus audeat dicere, vel arrengare, vel quicquam facere per ſe, vel alium palam, vel occultè contra noſtrum Comune,ita quod eſſet damnum,vel iniuria Comunis,pœna xxv. lib. deñ. de facto pro quolibet contrafaciente, & vice qualibet; & ſi forenſis eſſet,vltra dictam pœnam puniatur arbitrio Domini Rectoris, qui pro tempore fuerit; & nemo audeat, vel præſumat deliberata, & determinata per Concilium generale, ſeu alium à generali concilio poteſtatem habentem culpare, vituperare, vel biaſimare, ſub iam dicta pœna pro quolibet contrafaciente, & vice qualibet.

De partitis perditis amplius non remictendis. Rub. XXXXII.

SI partitum aliquod miſſum in aliquo concilio,perditum fuerit, amplius illud proponi, vel ſuper eo partitum mitti non poſsit, & etiam ſi quid propoſitum, & obtentum extiterit legitime in aliquo concilio, contrarium eiuſdem proponi, vel reformari non valeat; & Priores, quorum tempore proponeretur contrarium eius, quod fuit obtentum, vel contrarium eius quod fuit deperditum infra annum à die quo obtentum, vel deperditum extitit: licet indirectè, vel per obliquum propoſita facta fuerit, pœnam x. lib. deñ. pro quolibet incurrant, ſed ſi Prioribus, qui pro tempore fuerint videretur contrarium alicuius prædictorum pro vtilitate noſtri Comunis fore proponendum, & tractandum,primo debeat deliberari inter eos nullo ipſorum diſcrepante,& ſi inter eos obtinebitur, poſsit illud proponi in concilio, & ad minus duæ partes debeant eſſe concordes, & obtenta in concilio ſupradictis modis, & conditionibus iam declaratis reduci debeant ad aliud concilium opportunum, & obtineri ſecundum formam præſentium ſtatutorum. Inſuper teneatur,& obligatus ſit Cancellarius,vel eius vice gerens, notificare Dominis Priotibus in concilijs celebrãdis præſentem ordinationem,& Poteſtati,ne fiat contrarium, ſub pœna ſupradicta contrafacientibus.

De introitibus, & exitibus Comunis in fine Prioratus legendis in concilio generali. Rub. XXXXIII.

NE Priores (ſi prodigi fuerint, ſeu mali diſpenſatores æris noſtri Comunis) tranſeant abſq; condigno rubore: ſtatuimus,quòd poſt finitum tempus officij,& magnifici Prioratus ipſorũ infra octo dies in concilio generali Poteſtas, qui pro tẽpore fuerit legi, & declarari faciat omnes introitus, exitus & prouentus factos tempore Priorum ſuorũ in officio præceſſorum,pœna Poteſtati contrafacienti quinquaginta ſolidorum denariorum.

De ratiocinatoribus Comunis eligendis. Rub. XXXXIIII.

OB fraudem euitandam ſtatuimus, & ordinamus quòd Domini Priores, qui pro tempore fuerint teneantur,& debeãt vinculo iuramenti in principio eorum officij eligere duos bonos,legales,& expertos viros de Caſtro Fidardo ad ratiocinandum, & calculandum, & ſummandum librum Camerariatus, ſeu introitus,& exitus,reddituum, factuum, prouentuum, & expenſarum noſtri Comunis habitarũ, ſeu factarum tempore Prioratus eorum præceſſorum, qui duo viri, ſeu ratiocinatores teneantur, & debeant iurare ſolemniter ſe agere, calculare bene, fideliter, & legaliter ſine fraude aliqua ipſum librum Camerariatus,& in fine libri calculati ponere rationes; ſimiliter fieri mandamus de alijs libris colectatũ & aliarum rerum ad noſtrum Comune pertinentium; & quicquid per dictos ratiocinatores calculatum, & ratiocinatum fuerit ratum,& firmũ ſit auctoritate præſentis ſtatuti,errore tamen calculi ſemper ſaluo.

De officio generalis Syndici noſtri Comunis. Rub. XXXXV.

QVI A naturale vicium eſt negligi, quod comuniter poſsidetur; Ideo ad promptiorem indaginem, & augumentationem rerum, iurium, & bonorum noſtri Comunis vigore huius noſtri ordinamenti decernimus, quòd in noſtro Comune annuatim per generale conciliũ eligatur vnus Syndicus generalis noſter Terrigenã, bonus, idoneus, & legalis, qui vice, & nomine noſtri Comunis ex nunc per huius noſtri ordinamenti cenſurã poſsit, & valeat agere ciuiliter, & criminaliter defendere cõtra omnes perſonas, locum, vniuerſitatem, & contra omne collegium, & capitulum, & coram quocunq; iudice per omnia ſingula opportuna, vtilia, & neceſſaria remedia, etiam in cauſis, & negocijs, quæ mandatum exigent ſpeciale, & quam ipſummet Comune totum, & tota vniuerſitas eius facere, agere, & defendere, ac exercere poſſet, ſi ſinguli perſonaliter intereſſent, & apprehẽdere, recuperare, & aprehẽſa, & recuperata tenere ꝑ ipſo omnia ſingula bona, loca, res, poſſeſsiones, iuriſdictiones, & iura ad ipſum Comune ſpectantia de conſuetudine, & de iure, ac prout ipſe duxerit, vel ſibi iniunctũ fuerit facere, ſeu executioni mandare, necnon emere, vendere, conducere, & locare pro ipſo Comuni de bonis immobilibus cum conſenſu, & voluntate Dominorum Priorum, qui pro tempore erunt. Et intelligatur habere ſemper talis Syndicus in prædictis plenum, liberum, & generale mandatum cum plena, libera, & generali adminiſtratione; & pro Syndico ipſum Comune totum ex nunc fideiuſſiſſe intelligatur in omnem cauſam, & euentum, nec non approbaſſe, & ratificaſſe, & firma, & rata habere promiſiſſe omnia ſingula per ipſum Syndicum agenda, gerenda, facienda, & exercenda in prædictis, & circa prædicta.

De buccinatoribus, & eorum officio. Rub. XXXXVI.

PROVIDE decreuit antiquitas edictis, & proclamationibus generalibus Populos admoneri: quam obrem Tubicines habeantur in Terra Caſtri Fidardi per Comune boni, & experti buccinatores tubarum, & inſtrumentorum pro Comunis, & Terriginarum vtilitate; quorum vnus, aut plures ad ſtipendium conducendi, ſecundum formam deliberationis concilij generalis ſibi committenda diligenter, & per ordinem, & ſine mora explicare, & facere, ac exequi teneantur; necnon omnia, & ſingula bannimenta Comunis, vel occurrentia in Comuni ad mandatum noſtri Poteſtatis, ſine aliqua ſolutione facienda præter ſalariũ ordinatum, & teneãtur ipſa bannimenta referre ſtatim Cancellario noſtri Comunis: itaquod poſsit notari in eius libro; pro ſpecialibus vero, ac particularibus perſonis, aut ad earum petitionem, pro quibuſlibet bãnimentis in locis conſuetis, vel in loco opportuno factis, poſsint cõſequi pro primo facienti banditi, ſi in Palatio ſolummodo ſolidum vnum, ſi vero etiam per alia loca publica dictæ Terræ ſolidos duos, & debeat talis banditor ſingulis diebus bis videlicet de mane ante tertias, item de ſero, completorij ſaltem hora, vel paulo poſt comparere perſonaliter coram Domino Poteſtate, vel eius Vicario, ac etiam Dominis Prioribus, atq; Cancellario, ſub pœna x. ſol. deñ. de ſuo ſalario, vel de ſuis alijs bonis ſibi ad voluntatem dicti Domini Poteſtatis auferenda; & nihilominus alijs remedijs ad comparendum, & bandiendum cogi poſsit; & valeat; & poſsit talis Comunis Tubicina tam per tubam, quam ſimpliciter citare citandos mandato, & commiſsione officialium in maleficijs. In ciuilibus vero cauſis ad petitionem partis, etiam ſine alia commiſsione, prout alij bayuli poſſunt ex forma ſequentis ordinamenti, & aliorum de hoc loquentium, exceptis ſubhaſtationibus tenutarum, & ſimilibus ſpecialem commiſsionem exigentibus, quæ ſine commiſsione in actis facta non valeant explicari; pro quarum citationum mercede, recipiant prout, & ipſi bayuli ſolutiones recipiunt, & non vltra; & bannimenta, citationes, banna ferenda, facienda, & explicanda per dictos buccinatores, vel alterum ipſorum; & quæ facta extiterint per ipſos factis, relationibus eorundem valeant, teneant, & obſeruentur, & executioni mandentur, tanquam iuridice facta.

De pœna bayuli vendentis, vel pignorantis pignora. Rub. XXXXVII.

NEMO Terrigena, vel habitator Terræ Caſtri Fidardi audeat, vel preſumat ab aliquo Bayulo Comunis noſtræ Terræ, qui nunc eſt, & pro tempore erit aliqua pignora emere, vel ſub pignore recipere, ſub aliquo queſito colore abſque expreſſa licentia Poteſtatis. Quod ſi contrafecerit, emens, vel ſub pignore recipiens pignus, vel pignora, reſtituere teneatur, & precium quod ſoluerit perdat. Nullus autem Bayulus audeat, vel præſumat pignora, quæ acceperit, vel aliquod ipſorum vendere, vel pignorare

abſq; licentia ſupradicta, ſub pœna xx. ſol. den. & damni emendatione.

De renouatione fumantium, & eorum cenſura. Rub. XXXXVIII.

NON nunquam etate, paupertate, ſexus fragilitate, morbo, incolatus nouitate, onerum grauitate, alterius poteſtate, aut diuerſorum vnitate, alijſq; plerunque factis, qualitatibus, excuſationibus, fumantium onerũ contributio per machinatæ cõtentionis obſtaculum defraudatur; quapropter fraudi huiuſmodi, vt poſſumus obuiando, ſancimus, vt quolibet anno infra octo dies poſt Kalendas Maij Poteſtas, & Priores teneantur, & debeant fieri facere bannimenta prædicta de omnibus volentibus aliquid allegare, vel prætendere, quare non debeant cenſeri, & deſcribi pro integris fumantibus, qui infra certum terminum cum eorum petitionibus in ſcriptis, continentibus conditionem, cauſam, & deſiderium petentis, comparuiſſe debeant coram ipſis Poteſtate, & Prioribus: poſt quem terminum nemo ſuper ijs eodem anno audiatur, & quoniam natura fragilis humana plerunq; ad ſui corruptelam in agendis, & ad honeroſam infamationem bene agentium declinat, prouida deliberatione modum cenſendi, & aſſettandi, ſiue taxandi qualitatem, & gradum fumantium debentium pro toto, pro tribus quartis, pro medio, pro tertio, & pro quarto reſpondere, ſub hac forma diſponimus: videlicet, quòd in ipſo termino aſsignando per Dominos Poteſtatem, & Priores, vt ſupra cõparentium petitiones oblate cum diligentia, & perſpicacitate ponderentur, & ruminentur per ſex bonos homines, per Dominos Poteſtatem, & Priores ſecretè eligendos: videlicet tres pro quolibet capite ſingulariter, & explicite ad partitum de buſula, & pallu̇ctis, ſi quales, & qualiter, & pro quibus cauſis ſint admittendæ, vel etiã recuſandæ, & poſt ipſorũ ſex electorũ deliberationem obtentam: ita in duobus libris conſcribantur manu Cãcellarij, vel alterius eius vice gerentis. Quorum vnus in capſa, & alter exactori collectæ conſignentur, & quicquid factum extiterit, & ordinatum in prædictis per dictos ſex ſic eligendos, prius tamen delato eis, & ipſorum cuilibet ſacramento de bene fideliter, & ſine fraude iniunctum eis officium exercendo valeat, & plenã obtineat firmitatem, ac ſi factum eſſet per totum Comune. Adijcientes, ꝙ dicti homines electi teneantur ſecreti.

De nouis terrigenis recipiendis. Rub. XXXXIX.

CVM non minus publicæ vtilitati expendiat hominibus abundare, quam rebus. Idcirco præſenti conſtituimus edicto, vt noſtra regimina curã habeant diligentẽ iuxta poſſe ipſorũ multiplicando, & creſcendo numerum incolarum, ſeu Terrigenarũ, & habitatorum Terræ Caſtri Fidardi, & in trahendo forenſes ad habitationem, & perpetuam manſionem ipſius Terræ Caſtri Fidardi; in quorum receptione, videlicet dum eorum aliquis expreſſe petendum duxerit ſe recipi in terrigenam, ſeu habitatorem, ſub aliquibus pactis exemptionis, ſiue immunitatis; talis modis ſeruetur, videlicet, vt primo prouideatur, & attendatur, quod talis perſona recipienda ſit, & recipiatur bonæ cõditionis, vitæ, & famæ; itaquod in nullo ſit, vel poſsit eſſe ſuſpecta bono ſtatui, & honori dictæ Terræ, demumq; præhabita deliberatione concilij recipiatur, & gratioſe admictatur in Terrigenam noſtrum per Syndicum noſtri Comunis ad id deputatum, ſeu deputandum, habitis fideiuſsionibus cum efficaci promiſsione de in perpetuum habitando, nec nullatenus deſerendo habitationem per ſe, neq; ſuam familiam vllo modo; cui nouo Terrigeni, ſic recipiendo, ſiue recepto poſsit concedi, & promitti per ipſum Syndicum nomine dicti Comunis exemptio, & immunitas omnium, & ſingulorum onerum, & obſequiorum perſonalium per annos decem ab inde proxime ſecuturos. Quæ quidem omnia, & ſingula receptiones, promiſsiones, & exemptiones, & pacta prout facta fuerint ita per ordinem tranſcribantur, & regiſtrentur manu Cancellarij in libro reformationum, ſiue alio libro; itaquod temporis, aliarum rerum conditio, & qualitas in prædictis abſq; fraude in perpetua memoria conſeruetur, & ad maiorem cautelam diſponimus, quod annuatim de menſe Maij dictus liber exemptionum totus cum omnibus in eo contentis legatur in generali cõcilio ad plenam intelligentiam conciliariorum aſtantium. Iubemus etiam quòd noui Terrigene, & habitatores dictæ Terræ bonæ conditionis, vitæ, & famæ cũ eorum familijs, & rebus per noſtra regimina vinculo iuramenti benignè, & fauorabiliter pertractentur, ac etiam protegantur, & omnibus, & ſingulis beneficijs, protectionibus, & fauoribus noſtri Comunis potiantur, & gaudeant quemadmodum cæteri noſtri Terrigene.

De hominibus Eligendis pro conſeruandis vijs, & alijs ædificijs Comunis. Rub. L.

STATVIMVS, & ordinamus, quòd per Dominos Priores, qui pro tempore erunt annuatim eligantur in Kalendis Aprilis quatuor idonei, fideles, boni, & legales viri, videlicet duo pro quolibet, qui ire debeant,& teneantur, vnà cum noſtro Syndico tàm intus Terrã,quàm extra ad reuidendum vias Comunis, & etiam vicinales, muros, pontes, fontes, ſcarpas, foueum, & alia ædificia noſtri Comunis ſi defectu vicinorum, vel aliorum forent deuaſtatæ, aprehenſæ, vel occupatæ, & quas inuenerint deuaſtatas,& aprehenſas, ſiue occupatas, Rectori referre teneantur, vt eas faciant reactari, ſeu relaxari,& prædicta Rector fieri facere, & exequi teneatur, pœna x. lib. deñ. & vinculo iuramenti pro qualibet vice, qua negligens, ſiue remiſſus extiterit auferenda; & talis occupans, ſiue deuaſtans, ſi relaxare, ſeu reactare neglexerit infra terminũ ſibi aſsignatum per officialẽ, puniatur in x. lib. deñ. pro quolibet.

De Ambaſciatoribus eligendis,& eorum ſalario, & mercede. Rub. LI.

MVLTOTIES nempe neceſſariò ſolet occurrere, vt non literis, ſed viuæ vocis oraculo noſtri Comunis negocia debeant explicari. Ideo ſtatuimus, & ordinamus, quòd quotieſcunq; opus fuerit pro aliqua inſtãti neceſsitate, ſeu pro euidenti vtilitate,& honore Comunis mictere Ambaſciatores, per Dominos Priores, qui pro tempore fuerint eligantur, & deputentur nomine noſtri Comunis vnus, vel plures Ambaſciatores ex diſcretis, & fidelibus Terrigenis noſtris prout ipſis Dominis videbitur, & placebit ſecundũ vim exigentium,& oportunitatẽ. Qui Ambaſciator, ſeu Ambaſciatores ſic electi, prius, & antequam ab hac noſtra Terra diſcedat pro negocio ſibi impoſito explicãdo ſolemniter iurare debeat, & teneatur ſe bene, fideliter, legaliter, ac ſolicitè ſine fraude negocium ſibi impoſitum,& omnia,& ſingula ſibi commiſſa exponere, explicare,& pro viribus exequtioni mandare prout ab ipſis Dominis Prioribus,& Poteſtate habuerit in mãdatis, & plus,& minus prout ſibi melius viſum fuerit pro euidenti,& manifeſta vtilitate, ſeu honore noſtri Comunis,& ſemper veritatem reſponſi habiti referre integre, & non deminute teneatur, & ab oppoſito linguam ſuam cohercere, nec fines mandati excedere per iniuriam, vel aliquã coruptelã, ſeu animi caliditatẽ; & talis Ambaſciator, ſeu Ambaſciatores ire electus,& miſſus, ſeu electi,& miſsi habeant,& habere debeant pro eorum ſalario,& mercede iuxta deſcriptas ſolutiones; videlicet ſi ſolus cũ æquo, pro ſe, & æquo ſi non pernoctauerit pro qualibet die bononenos quadraginta, ſi vero ſine æquo,& ſolus pernoctauerit pro qualibet die bononenos ſexdecim, ſi verò duxerit familiarem equeſter, vel pedeſter pernoctando, vel non pernoctando ſumptus,& expenſas, ac ſalarium familiaris noſtra Comunitas de per ſe ſoluere teneatur.

De Ambaſciatoribus dandis alicui noſtro terrigene. Rub. LII.

STATVIMVS, & ordinamus, quòd ſi aliquis noſter Terrigena peteret à Poteſtate, & Prioribus Terræ Caſtri Fidardi aliquẽ Ambaſciatorẽ, ſiue Ambaſciatores pro aliquo ſuo facto exequendo proprio, quòd ipſe Poteſtas poſsit vnà cũ dictis Prioribus ipſum Ambaſciatorem, ſiue Ambaſcatores petentibus dare expenſis petentis, ſiue petentium, quoties fuerit poſtulatum: dumtamen dictum negocium directe, vel per obliquum non veniat in verecundiam noſtri Comunis.

De pœna mutantis abaſciatam, & Comunis credentiam reuelantis. Rub. LIII.

AMBASCIATAM faciens pro parte Comunis in plus, vel aliter, quam in commiſsione habuerit à mandante ſi liquido de tali exceſſu, ſiue traſgreſſu conſtabit,& Comuni noſtro damnoſus, vel ſuſpectus extiterit, condemnetur tranſgrediens in centum lib. deñ. pro quolibet,& vice qualibet, & priuetur omni honore,& officio, & beneficio noſtri Comunis. Et qui aliquã credentiam noſtri Comunis iuratam ſibi impoſitam, antequam publicetur à Comune reuelauerit, vel publicauerit in damnum,& præiudicium noſtri Comunis, xxv. lib. deñ. pœna puniatur,& priuetur omni honore, officio, & beneficio noſtri Comunis ꝭ; & de tali ſuſpicione,& damno Comunis in quolibet dictorum caſuum, ſtetur arbitrio, & declarationi noſtri Poteſtatis, vel eius Vicarij vnà cum Dominis de Credentia,

De

De pœna Ambaſciatoris Comunis, qui impetrarent aliquas literas, ſeu procurarent ſimul alienum factum præter ſibi commiſſa à Comuni. Rub. LIIII.

QVICVNQ; fuerit ambaſciator Comunis non poſsit, nec debeat impetrare aliquas literas à Sanctiſsimo noſtro Papa, vel ab aliquo Rectore Marchiæ, aut Vicario contra Comune Terræ Caſtri Fidardi, vel aliquam perſonam, nec aliquod ſuum factum, vel alienum tractet, ſeu procuret; niſi factum ſibi à Comune comiſſum; & qui contrafecerit ſoluat xxv. librarum pœnam denariorum.

De vexillo, ſiue confalono habendo in Comuni, & ipſius conſeruatione. Rub. LV.

STATVIMVS, ordinamus, quòd fieri debeat, & habeatur per Comune noſtrum vnum honorabile vexillum, ſiue confalonũ de ſindone rubeo, in quo deſignata ſint in eius ſummitate arma, & ſigna Sanctæ Matris Eccleſiæ, ſubtus in cẽtro dicti confaloni, ſiue vexilli ſint deſignata arma huius noſtræ Terræ, videlicet Diuũ Victorem Aduocatũ, Protectorẽ, & defenſorem huius noſtræ Terræ Caſtri Fidardi, ꝙ confalonum, ſiue vexillum regimen noſtrum conſeruare, & tenere diligenter debeat, eumq; conſeruare, & conſtanter tenere, atq; defendere; & ipſum vexillũ in capſa noſtri Comnis retinere, & de ea nunquam extrahere, niſi pro euidenti, & probabili cauſa, & conſeruatione ſtatus Sanctæ Matris Eccleſiæ, & Comunis Caſtri Fidardi, & niſi tempore, quo celebratur feſtum Sancti Victoris de menſe Maij, & ſi quis Dominorum Priorum contrafecerit extrahendo dictum vexillum temerariè, vel fraudolenter, & tali modo, quòd veriſimiliter poſſet dubitari de aliquo ſcandalo, ſeu detrimento ſtatus Sanctæ Matris Romanæ Eccleſiæ, & Comunitatis noſtræ Caſtri Fidardi, in ducentis lib. deñ. puniatur, & arbitrio Poteſtatis.

Quòd Syndicus Comunis teneatur videre fontes, & alias res noſtri Comunis. Rub. LVI.

STATVIMVS, & ordinamus, quòd Syndicus generalis Comunis, qui pro tẽpore fuerit, teneatur, & debeat ſingulis menſibus videre, & ſcrutari, ſiue videri, & ſcrutari facere cãpanas Comunis aqueductus, & tecta Palatij, & fontes, & eorũ cõductos, & maxime fontẽ Gualdi, & Vallis obſcuræ, & citernã in Platea Comunis, & omnes alios fontes Comunis; & ſi aliqua reaptatione, & reparatione indigerent, teneatur facere reaptari, & reparari infra octo dies, poſtquam viderint indigere, expenſis Comunis, & ipſas expenſas poſsit facere ſine aliqua apodiſſa Poteſtatis, & Priorum; & ſi prædicta neglexerit adimplere, & facere, teneatur de ſuo proprio omne damnum, quod Comune incurreret occaſione dictæ negligentiæ, reſarcire; & dictus Syndicus teneatur facere reaptari capſas, oſtia, balcones, tecta Palatij, & domorum Comunis; inſuper dictus Syndicus teneatur, & debeat in loco habiliori deputato, & deputando ad prouidentiam Concilij omnes munitiones, & maſſaritias dicti Comunis conſeruare, & manutenere.

De Medico per Comune habendo. Rub. LVII.

QVIA omnium corpora debent rebus quibuſcunque præferri, ideoque annuatim in feſto omnium Sanctorum, vel ſaltem prima ſequenti Dominica noſter Poteſtas in Concilio noſtri Comunis proponat de habendo in Comuni vnum bonũ, & expertum Medicum expenſis Comunis pro eo ſalario pro quo melius, & comodius haberi poterit, ita ꝙ Medicus bonus pœnitus habeatur, & ſine ipſo noſtrũ Comune nullatenus remaneat, & de hoc teneatur fieri facere regimen, & Concilium ſuper hoc celebrare, & cogere ſui vinculo iuramenti, & pœna quinquaginta lib. deñ. Priores vero vinculo iuramenti, & quilibet ipſorum teneatur in prædictis dare fauorem, & operam efficacem.

De Magiſtro gramatices conducendo. Rub. LVIII.

QVONIAM peritorum induſtria Mundus gubernatur, & regitur. Idcirco quandocunq; opus fuerit Poteſtas, vel eius vicarius, necnon Priores vinculo iuramenti, & pœna centũ lib. deñ. teneantur, poſsint, & debeant in publico, & generali Cõcilio noſtri Comunis proponere, & deliberari facere pro vno bono, & experto Magiſtro gramatices per Comune inueniendo, & conducendo atq; tenendõ per totum annum tunc ſequentem ad magiſterium, & doctrinam puerorum, & iuuenum noſtræ Terræ, &

Per

Perſonarum volentiũ in literali Doctrina proficere; in cuius,& pro cuius Magiſtri ſtipendio expendant, & expendi poſsint de bonis Comunis illud,quòd in concilio determinatum fuerit; itaquòd ſemper conſuetis temporibus,& debitis Magiſter gramatices pœnitus habeatur.

De acquirendo mareſcalcum per Comune. Rub. LVIIII.

STATVIMVS, quòd omni anno Magnifici Domini Priores, qui pro tempore fuerint vinculo iuramenti,& pœna xxv. lib. deñ. in concilio generali poſsint, & debeant proponere,& deliberari facere de habendo per Comune vnum idoneum,& ſufficientem mareſcalcum ad ſalarium,& petitionem Comunis pro curandis animalibus hominum Terræ Caſtri Fidardi.

De fraternitatibus,& licitis Collegijs. Rub. LX.

FRATERNITATIBVS, & Colegijs artium, ac etiam fruſtatorum conſuetis in Terra Caſtri Fidardi liceat congregari, & in vnum conuenire comuniter,& diuerſim quoties ei, vel alteri eorum videbitur expedire, cauſa prouidendi,& ordinandi ſuper artibus ipſarum, vel honorandi aliquod feſtũ, vel aliquem ipſorum ad funus,& ſuper ſimilibus cauſis miſerabilibus eorum ordinamenta in prædictis, & quolibet prædictorum valeant,& executioni mandentur, & poſsint inter ſe aliquem principalem facere, cui obedire eorum vnuſquiſque debeat in prædictis, & noſtrum regimen interponat partes ſuas, & fauorem pro obſeruatione prædictorum.

De renouatione Cataſti. Rub. LXI.

CVM ob memoriæ debilitatem interdum cataſta non reficiendo,ſiue renouando multa iura tam Comunis, quàm priuatarum pærſonarum fraudentur, & multoties deperdantur. Ideo ſtatuimus, & ordinamus, quòd volumina noſtrorum cataſtorum in quibus deſcripta ſunt apprecia Comunis,& ſpecialium perſonarum; Domini Priores, qui pro tempore erunt teneantur, & debeant ſemper, ac perpetuò de quadraginta annis in quadraginta annos reſcribi,corrigi,& renouari facere in membranis,ſumptibus, & expenſis noſtri Comunis, ſub vinculo iuramenti, & pœna xxv. librarum denariorum pro quolibet ipſorum contrafaciente.

De Archiuio, & cepſa Comunis pro conſeruatione Priuilegiorum, & ſcripturarum. Rub. LXII.

QVAE chariora naſcuntur ampliori decet cautela recõdi,pontificalia itaq; & alia noſtri Comunis indulta, iura, & priuilegia, quæ ſunt in capſa Comunis Palatij, & alibi vbicunq; erunt pro tempore, diligenter recludantur,& cuſtodiantur in vna capſa forti. Addijcientes ad memoriã firmiorẽ,quòd omnia ſupradicta iura,& priuilegia,tàm habita, quàm habenda copientur,& publicentur,& de ipſius inuentaria ordinata conficiantur,legendo ſemel in Concilio generali tempore cuiuſlibet Prioratus,& dum opus fuerit ipſa iura,& priuilegia exhiberi,non originalia ipſa, ſed eorum copiæ deferantur, niſi euidens neceſsitas aliter ſuaderet; libri vero, & ſcripturæ actorum, reformationum, conditionum, introitum, & exituum Comunis, & eiuſdem ſcripturæ ſimiles apud Cancellarium in aliqua bona, & forti capſa, vel cammera cum tribus clauibus clauſæ ſint; quorum nemo poſsit eſſe inſpector, vel copiator, niſi in præſentia Cancellarij,& duorum ſaltem ex Prioribus; ita vt dicti libri,nec aliquis eorum extrahatur de Palatio Comunis; in qua capſa etiam recludatur buxulus, in quo ſint paluctæ, ſiue breuicilli Dominorũ Priorum;qui buxulus nunquam aperiatur, niſi in Concilio generali,nec etiam recludatur,pœna contrafacientibus centum ſolidorum denariorum.

De regiſtro Comunis. Rub. LXIII.

STATVIMVS inſuper,quòd in Comuni habeatur,& fiat vnus magnus,& groſſus liber cartæ papiri,cuius nomen ſit regiſtrum exitus Comunis prouentorum,ſeu expenſarũ temporum cuiuſlibet prioratus

ratus,ita quòd clare patere poſſit introitus,& exitus cuiuſque Prioratus, & in fine officij,cuilibet Cammerario liber ſui Cammerariatus reuideatur,ratiocinetur,& calculetur per ratiocinatores noſtri Comunis ad hoc deputatos, & calculus prædictus in dicto regiſtro ſimili modo conſcribatur, & ſimiliter omnes alij calculi Librorum collectarum, cenſuum,affictuũ noſtri Comunis,& aliæ ſolutiones in eodem regiſtro deſcribantur: præterea in alia ſpatioſa parte dicti regiſtri manu prædicta ſcribantur, & regiſtrentur omnes,& ſingulæ ſolutiones talearum,& ſubſidiorum, cenſuum,affictuũ,& ſimilium rerum,& quantitatum perſolutarum, & perſoluendarum Reuerendæ Cameræ, vel alijs Dominis cum commemoratione loci, temporis,& perſonæ,tam ſoluentis, quàm recipienris, necnon regiſtrentur ibidem ſingulæ quietationes factæ,& faciendæ de talibus ſimilibus ſolutionibus Comunis,de verbo ad verbum,& de cæteris ſimilibus Comunis expenſis factis, & faciendis, ita quòd perpetuo clareant; quibus, & per quos, & in quantum,& qua ex cauſa dictæ ſolutiones,& expenſæ extiterint factæ;& ad maiorem cautelam quilibet Cammerarius teneatur,& debeat de omni ſolutione per eum facienda maioris quantitatis decem ducatorum recipere pro Comuni expreſſam quietationem,& plenariam,ſi ſolutio fit creditori debenti recipere, & dum fit alteri pro altero, ſicut contingit in Ambaſciatoribus, qui mittuntur aliò per Comune ad ſoluendum debeant recipere confeſſionem expreſſam de receptis, quarum quietationum, & confeſſionum receptiones clarè,& diſtinctè, ac plenè de iure per manum Cancellarij ex debito ſui officij, & abſque alia mercede recipienda conſcribantur,regiſtrentur, & redigantur in Libro,& regiſtro Comunis:nõ obſtantibus ſcripturis factis in particularibus libris Cammerariorum.

De cippo Comunis conſtituendo,& de pecunia in eo reperta. Rub. LXIIII.

NE fraus aliqua in ære noſtri Comunis valeat committi,hac noſtra ſanctione duximus ordinãdum, quòd noſtrum Comune conſtrui faciat vnum cippum ligneum diligẽter ferratum,& bene clauſum duabus clauibus: qui cippus affigatur in Palatio Comunis iuxta tribunal conſuetum, in quo cippo mittantur, & includantur omnes, & ſingulæ quantitates denariorum perſoluendæ, tam pro capitibus ſolidorum,quàm etiam pro productionibus ſcripturarum,& cæteræ ſolutiones faciendæ ad bancum iuris noſtri Comunis vigore noſtrorum ſtatutorum,& ordinamentorũ; ac etiam immittantur omnes pœnæ perſoluendæ ſummariè de extraordinarijs, vſque ad quantitatem decem ſolidorum denariorum: abinde vero ſupra omnes pœnæ ſoluantur per bullectam ſubſcriptam manu noſtri Cancellarij, quas peruenire faciant ad manus noſtri Cammerarij. In quo quidem cippo nolumus immicti pecuniam exigendam de pedagio,& gabellis, ſed ad manus dicti Cammerarij eam decernimus peruenire. Qui cippus nõ aperiatur abſque præſentia,& conſenſu Dominorum Priorum,qui pro tempore erunt,vel maioris partis ipſorum, & abſq; præſentia Cancellarij,& Cammerarij noſtri Comunis;& omnes,& ſingulæ denariorum quantitates quæ in ipſo cippo Comunis reperientur,palam inter ipſos Priores,Cancellarium,& Cammerarium extrahantur,numerentur,& dentur ipſi Cammerario pro tempore exiſtenti, & pro noſtro Comuni recipienti,& annotentur,& deſcribantur in libro introitus ſui cammerariatus omnes, & ſingulæ quantitates denariorum cum die extractionis.

De ſigillis habendis in Comuni,& de eorum conſeruatione. Rub. LXV.

CVM conſonum, atque neceſſarium ſit noſtræ Comunitati ad fidem, & cautelam agendorum ſemper ſigilla certa habere. Ideo ſtatuimus, quòd perpetuo in noſtro Comuni ſint, & eſſe debeant duo ſigilla eiuſdem formæ,videlicet vnum magnum,& alterum paruum; in quibus,& eorum quolibet in centro ſculpta ſint arma noſtri Comunis, videlicet tres montes cum Sancto Victore, exinde in circulo ſint ſcriptæ hæ litteræ;Sigilla Caſtri Fidardi, quæ ſigilla ambo, & ſimul cõſignentur Dominis Prioribus dictæ Terræ in principio eorum officij per Priores præceſſores eorum. Qui Domini Priores ea recipientes; ad ſancta Dei Euangelia iurãndo promittant, ac iurare, & promittere teneantur dicta ſigilla, & quodlibet eorum bene,fideliter,ac diligenter,& ſollicitè,conſtanterque tenere,conſeruare,atque defendere,& ipſorum ſigillorum,nec eorum alterius impreſſionem apponere, neque apponi facere, neque apponi permictere in aliquibus litteris,capitulis,neque in aliqua ſcriptura in præiudicium, & detrimentum Sanctæ Matris Eccleſiæ, & Comunis Caſtri Fidardi, nec alterius ſingularis perſonæ abſque expreſſa licentia, & voluntate Concilij generalis; & ſi contrafecerint dicti Domini Priores ſigillando, ſeu ſigillari faciendo temerariè, vel fraudulenter, & tali modo, quòd veriſimiliter poſſet dubitari de aliquo

ſcanda-

ſcandalo,ſeu detrimento Sanctæ Matris Eccleſiæ, & communitatis noſtræ Caſtri Fidardi, ſeu ſingularis perſonæ contra voluntatem noſtri Comunis,in quinquaginta librarum pœna denariorum puniantur pro qualibet vice,& plus,& minus arbitrio Rectoris ſecundum qualitatem exceſſus,& culpæ.

Quòd eligantur duo boni viri defenſores iurium pupillorum, adultorum, & mente captorum. Rub. LXVI.

PIVM nempe opus putamus miſerabilium perſonarum curam gerere, eisque fauere. Ideo ſtatuimus, & ordinamus, quòd in noſtro Concilio eligantur, & imbuſſulentur in aliqua ſpeciali buſſula, octo boni viri ex noſtris Terrigenis,ex quibus duo annuatim extrahantur ſolemniter in noſtro Concilio de Menſe Ianuarij circa finem, & ſic ſucceſsiuè, donec dicti omnes octo viri extracti fuerint, & demum reiterato reimbuſſulentur,ita quòd ipſa buſſula perpetuo duret: quorum duorum virorum officium duret per annum,qui primitus iurent, & iurare teneantur, & debeant in manibus Poteſtatis noſtri ſolicitè, & diligenter perquirere vnà cum noſtro Poteſtate,qui pro tempore fuerit,& ſe informare de quibuſcunque pupillis, adultis, prodigis,& mente captis,& prouidere, vt eis dentur tutores,ſeu curatores, ſecundum formam ſtatuti poſiti ſub rubrica cautarū ciuilium. Qui debeant eſſe tutores pupillorum, & prouidere, ac ſolicitare, & operentur ſecundum formam ſtatutorum poſitorum ſub rubrica in ciuilibus, qui duo boni viri ſic extracti,ſi in exercitatione eorum officij fuerint negligentes, puniantur,& condemnentur pœna decem librarum denariorum, & plus, & minus, ſecundum qualitatem delicti, ſeu negligentiæ arbitrio Domini Poteſtatis,& Priorum,qui pro tempore erunt.

De modo ſcribendi bladum, legumen, vinum, & beſtias pro collecta ſoluenda. Rub. LXVII.

FREQVENS, & ineuitabilis expenſarum occurſus ad ſeduli,& æqualis prouētus indaginem non minus neceſſariè,quàm rationabiliter nos inducit. Hac igitur ſanctione ſtatuimus,vt Domini Priores,qui pro tempore fuerint,debeant,& teneantur pœna decem librarum denariorum pro quolibet contrafaciente annuatim in Kalendis Iunij bandiri facere pro volentibus ſcribere blada, ſiue legumina ad portas,ſiue ianuas noſtræ Terræ,& ex pluribus offerentibus duo ſcriptores tantūmodo eligere meliores, & idoniores,& melius noſtrum Comune pertractantes cum ſalario,& pactis, prout eiſdem Prioribus videbitur,& placebit: videlicet vnum ſcriptorem pro qualibet porta. Qui ſcriptores teneantur,& debeant continuò per ſe, vel idoneum ſubſtitutum tota die, donec omnis, & tota noſtra ſeges fuerit recolecta in illo anno ad portam à ſe conductam,ſiue ſibi locatam ſcribere ſuo iuſto iudicio omnes,& ſingulas quantitates,bladi,& leguminis,quæ mittuntur, ſiue portantur à quacunque perſona intus Terram Caſtri Fidardi,& ſimiliter omnes quantitates bladi,quæ recolectæ fuerint in eodem anno,& extrahentur de dicto Territorio cum licentia noſtri Comunis; ſub pœna viginti ſolidorum denariorum pro quolibet contrafaciente,& qualibet vice;& Domini Priores, etiam annuatim in Kalendis Nouembris eligant ſalario noſtri Comunis, & eligere teneantur duos bonos viros legales, & expertos, qui habeant extimare omnem quantitatē vini prædicti,& omnia teneantur ſcribere,& redigere in ſcriptis; & in Kalendis Maij dicti Domini Priores faciant, & facere teneantur bandiri, quòd omnes habentes beſtiamina cuiuſcunque generis teneantur infra certum breuem terminum, tunc aſsignandum dare in ſcriptis Cancellario noſtri Comunis, quot, & quanta animalia habent, ſub certa pœna imponenda, prout noſtro Poteſtati, & Prioribus,qui pro tempore fuerint videbitur, & placebit. Qui Cancellarius, vt ſupra,ipſa beſtiamina ſcribere teneatur,& in ſcriptis conſeruare; præſtito ſemper dictis Prioribus,& extimatoribus corporali iuramento de bene,& fideliter exercendo eorum officio.

Quando,& qualiter imponantur collectæ pro taleis Comunis perſoluendis. Rub. LXVIII.

STATVIMVS, & ordinamus,quòd annuatim,in & de Menſe Octobris, vel ante, aut poſt, prout neceſsitas expoſcet beſtiamine conſignato in ſcriptis,repoſitoque blado,& vino per noſtrum Concilium depurentur,& eligantur quatuor boni viri, & iuſti, & æquitate dotati ad affectandum, & ordinandum collectas pro tempore imponendas,vt moris eſt,quæ collectæ ordinentur, & imponantur, ac exigātur hoc

tur hoc ordine,& modo: videlicet,quòd tertia pars collectarum pro taleis perſoluendis Cameræ Apoſtolicæ imponatur, & imponi debeat beſtiamini in Territorio, ſiue paſcuis Caſtri Fidardi. Alia tertia pars imponatur,& imponi debeat blado,& legumini per tempora recoligendis in Terra prædicta,& eius Territorio. Alia verò tertia pars imponatur, & imponi debeat vino recolligendo in dicto Territorio Caſtri Fidardi.

De fauore comunibus rebus exhibendo à literatis,nec in contrarium patrocinando. Rub. LXVIII.

COMVNIS, & publicæ vtilitatis defenſio, licet plurimis, & quaſi omnibus videatur incumbere Illis tamen potiſsimè congruit, qui literarum peritia decorati maiori quadã in ipſa Republica prærogatiua refulgent. Igitur ſinguli noſtri Terrigenæ,habitatoreſque, & maximè Aduocati,& Procuratores, & alij literati præcaueant, ne contra noſtrum Comune, vel ipſius commodum, & honorem, vel in eius publicæ vtilitatis aliquale damnum, vel præiudicium ad petitionem, vel fauorem alicuius ſpecialis hominis patrocinium,vel ſuffragium aliquod præſtare præſumat,vel exhibere fauorem,auxiliũ aliquod, vel conſilium publicè, vel occultè. Contrafaciens autem aliquatenus verbo, vel facto ſtatim ſit, & eſſe intelligatur ab omni officio,& honore dicti Communis, ſaltem per vnum annum continuum excluſus, & nihilominus, vſque ad xxv librarum denariorum ſummam arbitrio noſtri Poteſtatis debeat condemnari,& vbi qualitas facti,ſiue negotij, & perſonarum maiorem, vel minorem exigerit punitionem: tunc an ſeuerius, vel mitius ſit puniendus Domini Poteſtatis etiam arbitrio relinquatur. addendo tamen,quòd dicta prohibitio patrocinationis non extendatur ad cauſas ciuiles, criminales,vel miſtas in foro, & curia noſtri Communis ad bancũ iuris iudicialiter ventillandas,in quibus pro iuſtitiæ obtentu Aduocati, & Procuratores de noſtra Terra modis honeſtis,& aliàs de iure permiſsis patrocinari liberè,& impunè valeant: prohibitione premiſſa non obſtante.

De exemptionibus,& immunitatibus non concedendis præter deliberationem Concilij. Rub. LXIX.

PRIVILEGIA, immunitates, ſeu exemptiones in præcedentibus plerunque conceſſas, nunc fieri prohibentes diſponimus, vt de cætero nulla exemptio, ſiue immunitas non ſpecialiter permiſſa, ſiue conceſſa expreſsim ex forma alicuius ordinamenti præſentis voluminis ex quacunque cauſa fieri,vel concedi poſsit, aut aliqualiter indulgeri alicui perſonæ, rei,vel loco, niſi per expreſſam, & ſpecialem noſtri Concilij generalis conceſsionem ritè obtentam,ſiue obtinendum: ſecus autem conceſſa,facta,vel indulta ipſo iure,& facto vigore præſentis ordinamenti habeatur,ſit,& reputetur iuribus vacua, irrita,& inanis,& nihilominus,tàm recipiens,quàm concedens aliter quàm dictum eſt pœnæ arbitrariæ iacturam ſubſtineant pro exceſſu, & tranſgreſsione huiuſmodi. Et ad obuiandum fraudibus, tàm commiſsis in prædictis, quã in poſterum committendis. Hac præſenti lege caſſamus, & caſſas,& vacuas declaramus,& reddimus omnes,& ſingulas exemptiones,& immunitates cõtra, vel præter dictã formam conceſſas,& concedendas. Statuentes, quòd de omnibus exemptionibus,& immunitatibus, & indultis fiat,& habeatur vnus ſpecialis liber in capſa Communis cum nominibus exemptorũ, & qualitatibus exemptionis,& cauſis ipſius,atq; tẽpore cõceſsionis,& durationis ipſius,ſcribẽdus manu Cancellarij ex officij debito,& inſpiciendus,ſiue legendus ſaltem ſemel coram Poteſtate, & Prioribus tẽpore cuiuſlibet Prioratus: ita quòd bene pateat quis, & quanto tempore ſit,vel fuerit exemptus,& ex qua cauſa;nec aliquis valeat ipſo priuilegio indebite,vel vltra tempus gaudere, nec etiam vlla immunitas, vel exemptio realiter, vel perſonaliter alicui permittatur,quæ non reperiatur, appareatq; ſcripta, vt dictum eſt in dicto libro,pœna tàm vtentis,quàm regiminis id ſcienter fieri permittentis x. lib. deñ. pro quolibet,& qualibet vice. Additum inſuper eſt, ꝙ nemo Terrigena Caſtri Fidardi gerens, vel exercens aliquod officium noſtri Communis ſalariatus, ſiue ſub ſtipendio, vel mercede Communis debeat,& poſsit ipſo durante officio, nec ante occaſione ipſius officij, aliqua exemptione, vel immunitate gaudere: niſi ex deliberatione Concilij, ſeu Dominorum Priorum obtenta ad buſſulas, & palluctas, pœna contrafacienti centum ſol. deñ. &c. pro quolibet,& qualibet vice, exceptis dumtaxat Dominis Prioribus tempore eorũ officij, qui ſemper gaudeant priuilegijs,& immunitatibus eius per ordinamenta conceſsis, & concedendis.

De

De cuſtodia Terræ,& diſtrictus Caſtri Fidardi. Rub. LXX.

QVIA cuſtodia Terræ ſpes Terrigenarum certa debeat eſſe eunctorum. Ideo ſuper ipſa diligenter facienda iuxta conditiones, & temporis qualitatem adhibeatur talis diligentia, quòd omni menſe in prima die Dominica,vel feſtiua ex prehabita deliberatione Concilij fiat vna ſpecialis propoſita de cautela,& modo obſeruando, vel obſeruanda de die, vel de nocte in Terra Caſtri Fidardi, vel eius diſtrictu, & ſecundum ipſius Cōcilij reformationem (ſaluis ſemper quibuſcunq; ſuper hoc mandatis,monitis,vel præceptis Rectorum, & officialium pro Eccleſia Romana Præſidentium) conuocatio, præmonitio, ſeu deputatio debentium accedere ad cuſtodiam ſemper fiat per Notarium cuſtodiæ, qui vel per Bayulum Comunis,ſiue per aliquem officialem cuſtodiæ vocari,& iuberi debeat ad exequenda quod pro ſecuritate dictæ Terræ fuerit per dictum Concilium ordinatum,vel à Præſidentibus ſupradictis iniunctum.

De clauibus portarum retinendis per Priores. Rub. LXXI.

STATVIMVS, & ordinamus, ꝙ Domini Priores, qui pro tempore fuerint teneantur, & debeant eorum durante officio Prioratus retinere claues portarum huius Terræ, videlicet duo ex Prioribus teneant claues ſingularū portarum, quas claues talis retinens, ſeu tales retinentes debeant bene,& fideliter ſeruare,& cuſtodire,nec alijs cōſignare ſine expreſſa licentia aliorū Dominorū Priorū,& teneantur ſummo mane aperire portas,& de ſero hora congrua claudere, & clauſas nocturno tempore aperire non debeant aliqua de cauſa,niſi habuerit in mandatis à Domino Poteſtate,& alijs Prioribus;& cōtrafaciens in prædictis puniatur in xx. ſol. deñ. & in maiori pœna arbitrio Peteſtatis,& Dominorum Priorum.

De bayulis,& eorum officio. Rub. LXXII.

BAYVLI ſaltem vnus,vel plures in noſtro deputentur Comune,pro mercedibus à Poteſtate,& Prioribus ſimul promittendis, de duobus menſibus in duos menſes percipiendis: iuxta mandatum ipſorū regiminum, & formam aliorum ordinamentorum de expenſis loquentium. Qui bayuli poſt eorum ſolemniter præſtita iuramenta de ipſorum officio bene, ſolicitè, & legaliter exercendo poſsint, & debeant omnes,& ſingulas citationes,& requiſitiones bene,& diligenter facere,& executioni mandare ſecundum formam commiſsionum receptarum per noſtrum Poteſtatem,& officiales in criminalibus cauſis,& quaſi criminalibus,& etiam extraordinarijs ſpectantibus ad officium, ſeu officia noſtrorum regiminū; in ciuilibus vero cauſis poſsint, & debeant ad petitionem partis alteram partem ſine officialis commiſsione inquirere, & citare legitimè ſecundum formam noſtri ſtatuti, & ordinamenti poſiti infra in ſecundo libro ciuilium cauſarum, ſub rubrica &c. quæ talis citatio,& requiſitio valeat, & firma ſit ex quo per talem bayulum relata, & ſcripta per Notarium fuerit apud acta, niſi apertè contrarium probaretur. Et pro mercede dictarum citationum ciuilium ab ea perſona pro qua, vel ad cuius petitionem citauerit: ſi quidem intra Terram,& burgos citationem fecerit recipiat ſolidum vnum, & non vltra;ſi autem extra Terram citauerit in prima ſenata bolenenum vnum, & in maiori ſpatio ſoluatur ſibi ad dictam ſimilitudinē pro rata; in mære verò criminalibus citationibus mandato alicuius officialis faciendis nihil pænitus præter ſalarium ordinatum percipere valeat, in miſtis autem cauſis prout ſunt proceſſus turbatæ, vel occupatæ poſſeſsionis pro citatione teſtium examinandorum ſuper articulis à parte productis, vel producendis ad probationem ſui iuris valeat bayulus mercedem recipere prout ſupra expoſitū eſt in ciuilibus cauſis. Poſsint etiam,& debeant ipſi bayuli,& quilibet ipſorum de mandato, & commiſsione noſtri regiminis, Vicarij, ſeu officialis facere,& exercere pignorationes,& grauationes,& executiones, ac etiam præcepta,monitiones, notificationes, ſequeſtrationes, inhibitiones, tenutarum dationes,& rerum quarumlibet captiones,& areſtationes, dationes, traditiones,ſeu etiam reſtitutiones, & actus alios,& ſingulos omnes ad executionem, ſeu vigorem Iuſtitiæ vtiles,& opportunos gerere,& explicare, & executioni mandare,& geſta facta,& explicata referre,& tali relationi ſtetur,& credatur, niſi à parte contrarium probaretur, ex quibus talibus actibus executiuis ſupra memoratis, & ſimilibus pro ſua mercede à priuata perſona, pro qua, vel ad cuius petitionem ipſe actus extiterit explicatus percipere poſsit bayulus non vltra quantitates ſuper anexas; videlicet pro quolibet pignore ſummariè, & extraotdinariè accepto ſolidum vnum; extra Terram verò in prima ſenata bolenenum vnum,& in maiori diſtantia pro rata pro quolibet

libet præcepto,& qualibet notificatione,necnon pro qualibet ſequeſtratione,pro quolibet ipſorum actu eodem contextu,ſeu diuerſis vicibus explicato,ſeu explicando bolenenum vnum,& pro alio quolibet ſimili actu ſimilis merces ſimili modo recipiatur,qui Bayuli,& ipſorum quilibet teneantur,& debeant vinculo iuramenti, & ſub infraſcriptis pœnis bene, diligenter, & ſolicitè ſine fraude exercere,explicare, & executioni mandare omnia, & ſingula eis commiſſa, & committenda, & ſemper veritatem referre debeāt,& ab oppoſito linguam cohærcere,nec fines mandati excedere per iniuriam, vel aliquam corruptelam,nec aliquam executionem pignoris,vel tenutæ facere ſine ſpeciali commiſsione officialis præſumat; & diebus ſingulis præſentialiter aſiſtere Curiæ, & eorum officialibus: & maximè tribus vicibus in die quolibet ;videlicet de mane,vſq; ad tertiam: item in meridie, de ſero in veſperis, & nihilominus quoties campana Comunis more conſueto pro ipſis pulſabitur, vel etiam pro parte officialium fuerint requiſiti ad curiā illicò ſe conferāt;contrafacientes autē in non citando,vel non pignorando,aut non præcipiēdo, notificādo,vel exequendo ex commiſsione officialis in criminalibus, vel quaſi puniātur pro qualibet vice in quinq; ſolidorum denariorum,ſi per negligentiam omiſerint: ſi verò per fraudem in duplum,vel vltra officialis arbitrio pro modo culpæ, & qualitate perſonarum, & negotij, quorum conſideratio in diſcretione, & voluntate officialis perſiſtat, & eadem ſimilis pœna irrogetur etiam in ciuilibus iuxta dictā diſtinctionē fraudis,vel negligentiæ:dūmodo omiſsio ſine fraude,& ex euidēti impedimento nō proceſſerit;pro fraude autem puniantur arbitrio officialis, vt ſupra; ſi verò nō in totam, ſed particulariter in plus,vel minus commiſſionis, ſiue mandati fines exceſſerit Bayulus, aut etiam actum explicatum referre duxerit recuſandum,officialis arbitrio pro qualitate negotij puniatur; ſed vbi ſine commiſsione in cauſis non præmiſsis auſus fuerit Bayulus citare, pignorare, vel actum alium executiuum contra aliquem facere, vel inferre in xxv. ſol. deñ. pro quolibet ipſorum,& qualibet vice,& plus,& minus arbitrio officialis pro modo culpe,& qualitate negocij puniatur;cæterum ſi(quòd abſit)diabolica inueſtigatione falſitatem commiſerit aliquis Bayulus referendo aliud,vel aliter, quàm ſibi fuerit commiſſum dolosè in viginti quinque librarum denariorum, & in maiori, vel minori pœna arbitrio, prudentia, diſcretione iudicantis pro modo culpæ, & qualitate negocij condemnetur qualibet vice, quàm pœnam non perſoluēs infra quindecim dies poſt condemnationem ligetur publicè ad catenam Comunis, & ſic ſtet per tres horas ligatus, & ex inde recludatur in carcere donec dictam pœnam ſoluerit cum effectu. Inſuper additur huic ordinamento præſenti, quod in pignorando non poſsint Bayuli accipere alicui pannos muliebres, nec pannos lecti, nec etiam oſtia domorum ædificata, niſi in defectu cæterarum rerum non repertarum, & cum expreſſa officialis commiſsione pœnā Bayulo contrafacienti decem ſolidorum denariorum pro qualibet vice,& quod pignora, ſeu tenutas ad petitionem ſpecialium perſonarum ciuiliter accepta,ſtatim eo die debeant creditoribus aſſignaſſe, ſeu conſignaſſe alicui vicino; alia verò pignora vigore officij commiſſa occaſione maleficij,vel alterius extraordinariæ cauſæ recondant nōn alibi,quàm in domo Comunis ſub diligenti ſerrimine clauis:alioquin omne periculum ſit Bayuli.

De capitulis inter Comunitates Caſtri Fidardi,& Ciuitatis Auximi.

IN Dei nomine Amen. Hæc eſt copia Capitulorum, & conuentionum inter Magnificam Comunitatem Caſtri Fidardi,& Comunitatem Ciuitatis Auximi.

In primis,quòd Ciuium oriundorum, & ex publico decreto in numero Ciuium Ciuitatis Auximi aſſumptorum animalia cuiuſcunque generis ſint, poſsint impunè tranſcurrere in Territorium Caſtri Fidardi, & in dicto tranſcurſu paſcere, & animalia Ciuium oriundorum, & ex publico decreto in numero Ciuium aſſumptorum Terræ Caſtri Fidardi poſsint ſimiliter tranſcurrere in Territorium Ciuitatis Auximi, & in dicto tranſcurſu impunè paſcere; & ſi dicta animalia in tranſcurſu damnum dederint teneantur ſolum, & dumtaxat ad emendationem damni iuxta extimationem extimatorum per Comune deputatorum in loco,in quo damnum dederint.

Item, quòd alia animalia,tam propria,quàm per ſocitam aliorum hominum cuiuſcunque conditionis exiſtant in dicta Ciuitate, ſiue eius Territorio habitantium, poſsint tranſcurrere impunè in Territorium Caſtri Fidardi non inferendo damnum; ſed ſi damnum dederint teneantur ad pœnam, & ad emendationem damni. Et ſimiliter animalia aliorum hominum Terræ Caſtri Fidardi,quàm Ciuium oriundorum,&

MVNICIPALIVM LEGVM AC STATVTORVM ECCLESIASTICAE TERRAE CASTRI FIDARDI

LIBER SECVNDVS.

DE CAVSIS CIVILIBVS.

De in Ius vocando, ſiue de Citationibus in Ciuilibus. Rub. I.

QVIA omne iudiciũ incipit ab ea parte edicti, quæ eſt de in ius vocando, ideo de indicijs tractaturi à citatione tamquàm à primitiuo actu initiũ facimus, ordinantes, ꝙ in ciuilibns canſis, tam cum cõmiſsione, quàm etiam ſine cõmiſsione ius dicentis, vt alias ſupra de Bayulis cautũ eſt, tam perſonaliter, quàm ad domum, ſeu locum habitationis, vel reſidentiæ perſonæ citandæ ad actum faciendum, ſiue agitandum, poſsit ad petitionem partis agere, vel petere volentis, fieri citatio per aliquem ex nuntijs, vel Bayulis. Comunis die proxima præcedenti, etiã ſi feriata fuerit, pro ſequenti die iuridica, vbi localiter, ſeu ad domum fiet citatio. Perſonaliter autẽ poſſit fieri citatio infra Terram Caſtri Fidardi etiam ipſa die propria iuris reddendi: dummodo fiat ante ſeſsionem Iudicis ad bancum. Poſtquam verò Iudex aſcenderit ad bancum non poſsit citatio fieri, niſi de perſona perſonaliter reperta in Palatio Comunis, aut in Logijs ipſius Palatij, aut in Platea publica circa, & ante ipſum Palatium poſitis: dum tamen ante receſſum iudicis à banco talis citatio appareat facta, & quòd talis citans, aut ſimilem Iudicialem actum, vel executiuum explicans, ſit Bayulus, ſiue nuntius idoneus, & probari ſufficiat per ſimplicem ſcripturam. Notarij actorum in actis dicentis, & nominantis illum pro bayulo, ſiue nuntio, qui citauerit, retulerit, ſeu actum explicauerit verbo aut facto, & etiam ſufficiat ad probationem ſi ipſe talis pro publico nuncio reputetur, & cõmuniter à pluribus de Caſtro Fidardo habeatur, vel etiam ſi publice videatur eſſe, vel fuiſſe in poſſeſsione officij Bayulatus, vel etiam ſi per acta Curiæ quæcunque conſtet, vt Bayulum actum aliquem feciſſe, vel geſsiſſe facto, vel verbo abſque alia probatione requirenda; cuius quidam Bayuli, ſiue Nuntij relationi plene ſtetur, & credatur: niſi apertè ac legitimè probaretur cõtrarium. Diſtrictuales autẽ noſtri poſſint tam dictis modis, quàm etiam per literas citari, bulla Poteſtatis, ſeu Vicarij, ſeu ſigillo bullatas, causã citationis cũ nominibus citandi, citantis, & citari facientis, & terminũ continentes. Forenſes verò, & alij propriũ domiciliũ, vel habitaculũ non habentes in terra, vel deſtrictu Caſtri Fidardi citantur per tubam ad feneſtras Palatij voce præconis clamoſa. Hoc addito, quòd cum forenſes citantur per tubã eadẽ forma ſeruetur, quæ ſeruatur in citationibus faciendis per Bayulos. Et eodem modo fiat citatio de hæredibus citandis ſub appellatiuo nomine hæreditario, & non expreſsis proprijs nominibus, vnò, vel pluribus, quando non conſtat veriſimiliter de hærede. Hoc etiam addito, ꝙ ſimilis citatio fiat ad domum, ſiue locũ vbi habitabat defunctus tempore ſuæ mortis, ſi in terra Caſtri Fidardi domicilium habet, alias ſufficiat citatio facta ad feneſtras Palatij, vt ſupra, & hoc ad maiorẽ declarationem. At vbi proprio, & expreſſo nomine aliqua perſona, vt hæres foret citanda, tunc in citatione fiat hæredis mentio expreſſa. Itaꝙ ci-

tatus veriſimiliter poſſit confiſus ſuper hæreditario iure reſpondere, quo caſu etiam verbo, & abſque bandimento facta citatio ſufficiat, iuxta primam formam ſuperius traditam. In cauſis tamen quantitatis, vel rei maioris valoris quadraginta ſol. debeat ſaltem bis diuerſis diebus citatio fieri. In minoribus autem rebus, vel quantitatibus vnica citatio ſufficiat: & tales citationes in dictis caſibus factæ, vel faciendæ, & quælibet ipſarum ſecundum dictas qualitates, & formas, & alia in ordinamentis præſentis voluminis cautas valeant, & legitimè reputētur, & plenè ſufficiant, nō obſtante defectu trini, vel peremptorij edicti, vel alia quauis forma, vel ſolemnitate ſtatuta de iure communi, vel alia prætermiſſa. Immo potius ſuper ipſis citationibus facta relatione per Bayulum, aut præconem infra quintum diem poſt eas, & redacta in actis poſsit, & debeat in ſingulis actibus, & cauſis, vt iuris fuerit ad vlteriora procedi ſecundum formam noſtrorum ordinamentorum. Aliter verò factæ, vel faciendæ citationes non ſeruatis modis, & formis ſupradictis in cauſis ciuilibus noſtræ Curiæ, non valeant vllo modo; quinimmo cum omni ſequela pro infectis vndique habeantur.

De præcepto in confeſsis faciendo. Rub. II.

CVm in iure confeſsi pro iudicatis habeantur, & in confitentem nullæ ſint partes Iudicis, niſi in condemnando. Idcirco ad citationem in ſupradicta forma rite factam, vel alias comparente reo per ſe, aut per reſponſalē legitimum, vel per aliū ſuſcipientem rei defenſionem ſponte, & cū debita iuris adiunctione, & ſponte confitente, ſeu affirmante vera eſſe, vel fieri debere contenta in petitione actoris, nec libellum, aut petitionem aliquam in ſupradictis petente, tunc poſſit, & debeat per Poteſtatem, vel eius Vicarium noſtri Communis ſedentem pro tribunali ſummarium fieri præceptum tali principali confitenti, vel acceſſorio ſub nomine, quo duxerit cōparere, vel confiteri, de dando, ſoluendo, vel faciēdo rem, quantitatem, vel opus, ſiue factum, quòd, & quam fuerit confeſſum, & in petitione deductum, vt infra quindecim dies proximè ſecuturas, ſi fuerit rei, quantitatis, vel operis, ſiue facti maioris æſtimationis centum ſol. denariorum, & infra decem ſi minoris fuerit quantitatis, vel æſtimationis centum ſol. deñ. & maioris quadraginta ſol. Ab inde verò infra in termino quinq; dierum, vel minoris arbitrio Iudicis moderando, ſub pœnis ab ipſo Iudice imponendis: dum tamen ſingulæ pœnæ dictis caſibus imponendæ, nunquā poſſint excedere vltra quantitatem, vel æſtimationem ſortis quantitatis petitæ, & in præcepto contentæ. Sed ſi exceſſerint, nihilominus valeat præceptum executioni mandari in ſortem totaliter, & in pœnam vſque in dictam quantitatem tantum. Quæ præcepta (vt dictum eſt) in confeſsis facta, ſiue facienda, firma ſint, & obſeruari debeant ſollemnitate, vel ordine prætermiſsis non obſtantibus: dum tamen die iuridica, & in loco iuris, & inter legitimas perſonas facta, ſeu actitata extiterint.

De ordine litigandi contra præſentes, & de dilationibus. Rub. III.

VOCATO ritè ad iudicium reo pro ſe, vel alio legitimè comparente, nec tamen ſummariè confitenti, ſed potius contendere volenti, & petitionem, ſiue libellum petenti; in cauſis non ſummarijs per formam ordinamenti facta prius legitimatione perſonarum in cauſa comparentium, offeratur per partem actoris, & porrigatur libellus, ſiue petitio in ſcriptis, cuius libelli, ſiue petitionis expenſis actoris tradatur copia reo, cui ſtatuatur terminus per Iudicem, & dilatio adminus trium dierum, vel plurium arbitrio Iudicis vſque in octo dies incluſiuè, & non vltra ad deliberandum, & reſpondendū, vel ſi maluerit, ad opponendum, qua dilatione decurſa, dum nihil fuerit oppoſitū, quàm primum ad petitionem partis fiat conteſtatio, litis ad quam conteſtationem fiendam talis reus recuſans, per Iudicem legitimè compellatur: deinde iuretur de calumnia, ſoluanturque capita ſolidorum a partibus xij. deñ. per libram quantitatis, vel æſtimationis rei petitæ, vel de ſex deñ. pro qualibet parte. Deinde ſtatuantur dilationes ad probandum vtrique parti: videlicet pro prima dilatione quinque dierum vtilium, pro ſecunda verò, & tertia ſimul dilatione, & etiam peremptoria, ſtatuatur alia dilatio ad petitionem alicuius partium octo dierū continuorum. Poſtquam verò effluxerint dictæ dilationes nulla partium audiatur, niſi ex cauſa manifeſti impedimenti ſe iurauerit impeditam. Et Iudex ſi decens, & non malitioſum eſſe animaduerterit, aliam modicā dilationē præfigere poſsit ad plus dierum trium continuò ſubſequentiū, quibus omnibus tranſactis dilationibus, vel primis duobus tantum, dum dicta vltima præfixa non fuerit, facta legitima probatione teſtium, & proceſſus elapſo termino ad accipiendum copiam, & opponendum de quinque tantum diebus mode-

moderando arbitrio Iudicis, ſtatuatur vltima,& concluſiua dilatio ad allegandũ,& in cauſa concludendum,& concluſum habendum;poſt quam dilationem nemo partium de cætero per ſe,vel alium audiatur ſed habeatur in cauſa pro concluſo, & Iudex ſecundũ probationes, & merita cauſæ ipsã debeat cauſam ſecundum iuſtitiam ſine debito per ſententiam terminare. Si autem reus in termino ſibi ad opponendum ſtatuto duxerit cum exceptionibus comparere,fiat earum copia parti expenſis producentis cum termino trium dierum ad replicandum,non ampliando, nec reiterando, niſi ex rationabili cauſa impedimenti ſub iuramẽto petentis arbitrio iudicis decernẽdo. Quæ replicationes ſi in ipſo termino productæ fuerint, ſimilis copia cum ſimili termino fiat parti ad duplicandum, vltra quas duplicationes, & dilationes ante litem conteſtatam opponete volentes partes non admictantur in ſcriptis; ſed ſolum verbis negando, vel etiam confitendo ſi maluerint iam obiecta,niſi forſan nouum aliquid faciens ad cauſam objicere,vel opponere vellent,quod dixerint, & iurauerint didiciſſe de nouo, & non calumnioſè opponere velle, quo caſu id reijcere,vel admictere ſit in arbitrio iudicantis; quibus peractis nõ obſtantibus obiectis exceptionibus ad litis conteſtationem,& alijs,vt præmictitur ſimiliter procedatur: reſeruatis hinc inde oppoſitionibus in proceſſu. De quarum iuribus tẽpore ſententiæ abſoluendo,vel condemnando diſcutiatur, & ſecundum ipſarum,& aliorum actorum vigorem, & veritatem per iuſtitiam ſententia proferatur. Niſi forſan de inhabilitate perſonæ ratione minoritatis,aut patriæ poteſtatis, aut etiam infamiæ, vel excommunicationis,ſeu etiam ratione deficientis, aut minus ſufficientis mandati, ſeu officij non legitimè competentis,vel ex alio ſimili perſonarum defectu,exceptio aliqua foret obiecta contra perſonã eius,cuius non prius eſſet legitimatio facta; vel niſi de re iudicata,vel finita,ſeu tranſacta, aut verò de ſolutione,ſeu ſatisfactione, ſeu deliberatione,& quietatione obligationis,vel debiti, aut de legitima præſcriptione, aut verò etiã pacti de non petendo perpetuo,vel ad tẽpus, fuerit exceptionis obiectio,aut oppoſitio facta termino præfinito. Quæ tantum exceptiones, vel altera ipſarum litis conteſtationem ſuper principali cauſa impedire valeant, & etiam retardare,donec de iuribus,& veritate ipſarum exceptionum,ſeu alterius earum obiectarum fuerint Iudicis cognitio,& declaratio facta. In quarum, ſeu cuius cognitione hoc ordine procedatur. Quòd tranſactis terminis ad replicandũ, & duplicandum aſſignatis abſque aliqua conteſtatione ſuper exceptionibus fiendis detur reo per Iudicem ſummariè noua dilatio peremptoria quinque dierum futurorum ad probandum de ſuis exceptionibus,& duplicationibus,& contentis in eis quatenus incumbet. Et ſimilis dilatio detur actori ad probandum ſi maluerit cõtenta in replicationibus ſuis, prout & inquantum ſibi onus incumbet probandi, mouendo,ſeu excludendo exceptiones. Poſt quas dilationes effluxas nulla ipſarum partium ad hæc eadem audiatur ad probandum: niſi forte ex aliqua rationabili cauſa,& euidenti placuerit Iudici prorogare, vel aliam breuiorem de nouo date dilationem. Probatis autem,ſeu verò liquidatis dictis ſpecialibus exceptionibus proximè ſpecificatis,vel altera earum replicationis ope non eliſis,neque ſublatis ad litis conteſtationem,vel alia ad petitionem actoris ſuper ipſa principali cauſa, & ſuper oblato libello minime procedatur; immo potius reo inſtante, & petente fiat eius abſolutio ab inſtantia iudicij,vel etiã à tota cauſa,vt iuris fuerit,condemnando actorem reo in expenſis, ſalua ſibi,vel ſucceſſori taxatione. Non probatis autem exceptionibus prædictis,vel altera earum, aut verò probatis: ſed per replicationes eliſis,vel ſublatis poſſit, &debeat actore petente, vt ſupetius dictũ eſt, ad conteſtationem,& ad vlteriora procedi,vt iuris ordo requirit,iuxta formam ſuperius denotatam. Additur autem ad declarationem, quòd omnis dilatio ab ipſo die dati termini intelligatur in cauſis eſſe cõtinua,& etiam peremptoria, niſi ſimpliciter,& legitimè aliter præfigatur: præterquam ſi vltima dies termini ceciderit in diem non iuridicam intelligatur vltima dies termini ſequens dies iuridica incluſiue. Alioquin acta facta,& fienda pro parte non ſic obſeruantis,non valeant vllo modo. Et nihilominus dilationes non limitate, & earum prorogatio,ſeu abbreuiatio remaneant,& conſiſtant in arbitrio iudicantis. Statuentes nihilominus, quod ratione ordinis iudiciarij,ſeu cuiuſcunq; ſolemnitatis iuris,ſeu noſtrorum Statutorum, ſi de veritate legitimè conſtet, proceſſus non valeat infringi,ſeu quomodolibet irritari. Sed noſter Poteſtas ſequi habeat veritatem probatam: & non conſiderare Iuris, ſeu Statutorum ordinem nõ ſeruatum,vel omiſſum, ſeu ſolemnitatem quamcunque. Saluo capitulo ſolutionis capitum ſolidorum,& nullitatis propter ipſorum ſolutionem non factam: vt in ſequenti capitulo continetur.

De ſummarijs cognitionibus,& capitibus ſolidorum. Rub. IIII.

ARISTOTELE teſte. Lis generat contentionem, cõtentio diſcordiam, diſcordia emulationem, emulatio odium, odium verò inimicitias, inimicitia ſcandala, & ſcandalum diſſenſiones, & iurgia,

iurgium tumultum,& ſeditiones, quæ periclitationes, & deſolationes inducunt. Ad quæ omnia,& cauſas eorum præcidendum, litibus finem in quantum nobis eſt poſſibile imponentes certos caſus præſenti contentos ordinamento ſummaria,& plana volumus cognitione decidi. Primò nanque dum actor cõtra reum ritè vocatum, ſeu verò voluntariè comparentem abſque interuentu libelli ſuam cauſam agendo, & petendo in iudicio duxerit proponendam; cui reſpondendo ad interrogationem Iudicis abſque petitione libelli, ſeu in ſcriptis petitionis reus per ſe, aut legitimum reſponſalem confitendo, vel negando ſimpliciter, ſeu etiam aliqua verbaliter obiecta exceptione duxerit ibidem in iudicio reſpondendum, tunc ſemper dicta reſponſione habita pro conteſtatione litis procedatur, & procedi debeat ſuper tali cauſa ſummatim ſtatuendo terminos ad probandum, & alia faciẽdum ad indagationem veritatis, prout melius Iudici viſum fuerit expedire ſolemnitate etiam, & ordine iudicij prætermiſſis; dum tamen de veritate,& probabili efficacia obligationis, & debiti ſoluendi conſtet, & etiam de habilitate legitima perſonarum, & dum tamen ſemper capita ſolidorum de ſex denarijs per partem pro qualibet libra ſortis nihilominus perſoluantur; dum ſuper principali petitione conuenti rei negatio interuenerit, vel talis reſponſio, quæ negationem importet. Ita quòd reus per ipſam reſponſionem ſine præcedenti petitione ſcripturæ libelli, vel petitionis actoris cenſeatur vigore præſentis ordinamenti conſenſiſſe, & voluiſſe, ꝙ cauſa ipſa ſummatim,& ſine libello expediatur. Præterea debitorum, ſeu relictorum ad pias cauſas, vel Eccleſiaſticas, aut ad funerum ſepulturas, necnon alimentorum cauſæ, atque miſerabilium locorum, & perſonarum per ſummariam cognitionem tractentur,& expediantur. Item damni infecti atque noui operis nuntiationis cauſa. Necnon cauſa exhibendi,ac etiam rerum exhibitionis, an ſit locus exhibitioni ſimili modo tractari debeant, & finiri. Item cauſæ inter coniunctos, ſeu attinentes vſque in quartum gradum conſanguinitatis, & affinitatis incluſiuè per Iudicẽm, aut vero per arbitros cognoſcantur non ſolẽniter,ſed de plano, & ſummariè decidantur. Item cauſæ captionis, vel ſequeſtrationis contra ſuſpectos debitores. Necnon & cauſæ quarumlibet cautionum præſtandarum. De rebus etiam mobilibus in foro noſtræ Terræ die fori,aut in nundinis dum fierent, cauſæ ſummaria, & plana cognitione,& expeditione tractentur cum precijs earumdem,& ad ipſa ſpectantibus. Item cauſæ minime,ſeu quantitatis,vel rei modicè a centum ſolidis infra ſimili modo cognoſcantur, & decidantur. Atque cauſæ operum diurnorum inſuper,& eorum mercedum. Necnon locationum,& conductionum, & earum penſionum, ſiue vecturarum,& coptumorum, ſiue mercedum. Item rerum, & negociorũ ſpectantium ad meſſes, vindemias, ſeu earum præparationes,vel expeditiones. Atque etiam cauſæ inquilinorum,& colonorum,vel ſpectantes ad inquilinum,vel ad agriculturam. Necnon ſeruitiorum,ſiue mercedum, & ſimilium verborum vertentium inter dominos, ſiue patronos, & famulos, ſiue ſeruientes, vel ſeruire debentes, aut operarios. Et omnes,& ſingulæ cauſæ deſiderantes celeritatem, ſeu in quibus mora eſſet oblatura periculum, vel feſtinantiam exigentes, & ſimiles ſupradictis,de quarum qualitate,vel ſimilitudine ſtetur diſcretioni, & arbitrio iudicantis per ſummarias cognitiones,& expeditiones,& non prolixas litigandi ſolemnitates terminari debeant,& decidi. Cauſæ verò ſalariorum Aduocatorum,Medicorum,Procuratorum, Notariorum, atque Magiſtrorum liberalium artium, ac Scriptorum,& ſimilium perſonarum,& negotiorum ſummariè cognitionis,& expeditionis non minus digna prærogatiua finiantur,quarum,& quorum ſimilitudo declarationi,& arbitrio Poteſtatis, & Vicarij relinquatur. Cum omnibus,& ſingulis dependentibus,ſeu emergentibus à prædictis,ſeu altera prædictorum,& cum ſpectantibus,& pertinentibus ad eaſdem, dummodo quantũ ad iura litigatorum iuſtitia non lædatur: immo ſecundum probata per exquiſitas, & probabiles veritatis indagines huiuſmodi lites, & cauſæ veniant terminandæ. Additur ad declarationem, quòd exceptis dictis cauſis pijs, Eccleſiaſticis, & miſerabilibus. Item cauſis paruis quinque ſolidorum,vel ab inde infra. Item cauſis fori,& nundinarum. Item cauſis ſalariorum Aduocatorum,Procuratorum, Medicorũ, Magiſtrorum, Notariorum,& ſimiliũ literatorum. Item exceptis cauſis damni infecti,& noui operis nuntiationis,atque etiam exhibitionis,vel determinationis rerũ pignoris ſupradictæ. Ac etiam exceptis cauſis operum diurnorum,& eorum mercedum, ſeu ad meſſes, & vindemias, quo ad præparationem, vel expeditionem ſpecialiter pertinentium. Item exceptis cauſis inter patronum,& famulum de ſeruitijs,& mercedibus. Item exceptis cauſis in quibus reus non negandum, ſed confitendum ab initio cauſæ ſponte duxerit reſpondendo petitione actoris in iudicio. Item exceptis cauſis dotalibus in quibus capita ſolidorum non ſoluantur. In[illegible]eris autem caſibus, vel cauſis alijs ordinatijs, & extraordinarijs tam ſolemnibus, quàm ſummarijs in Curia noſtri Comunis Caſtri Fidardi, vel Iudicis, ſeu Vicegerentis agitatis, & agitandis ſemper ſoluantur capita ſolidorum, & ſolui debeant de duodecim denarijs

per li-

per libram denariorum,& quantitatis, vel rei petitæ: videlicet ſex denarios per quamlibet partem tempore litis conteſtationis, ſeu quaſi, aut verò negatiuè reſponſionis. Item in omni pronunciatione contumaciæ,ſeu tenutæ ſuper re, vel quantitate maioris valoris quinque ſolidorum ſtatim tempore pronunciationis ſoluantur per actorem in trocho Communis Caſtri Fidardi capita ſolidorum de duodecim denarijs per libram quamlibet rei,vel quantitatis petitæ, pro quibus detur ſibi tenuta, vel pignus vnà cũ ſorte,& alijs expenſis. Item in executione qualibet præceptorum in cauſis non exceptuatis. Necnon in executionibus laudorum,& ſententiarum,& etiam teſtamentorum,relictorum, & inſtrumentorum quorumlibet publicorum. Necnon cuiuslibet ſcripturæ per Iudicem exequendæ ſoluatur a petente,ſeu actore capita ſolidorum de duodecim denarijs ſimili modo per libram pro parte ſua, & etiam rei; pro quibus recuperandis fiat executio vnà cum ſorte principali, & alijs expenſis. Ad quæ quidem capita ſolidorum ſoluenda partes compelli poſsint,& debeant,& dum ſoluta non fuerint, non valeant acta facta, vel fienda pro parte recuſantis vllo modo. Et prædicta omnia,& ſingula intelligantur, & locum habeant in cauſis,& iudicijs vniuerſalibus,generalibus,ſingularibus,& alijs quibuſcunque. Et æſtimatio rerum petitarum fiat,vt infra in Statuto ſub Rubrica xxij.de æſtimatione alicuius rei facienda.

De iuramentis præſtandis in cauſis. Rub. V.

CALVMNIAE iuramentum in ordinarijs cauſis ſtatim lite conteſtata præſtetur, vbi tamen partium tollerantia ipſum iuramentũ tacitè prætermiſerit,non præiudicet talis omiſſio; immo nihilominus valeat cauſa cum omnibus ſuis actis.In extraordinarijs verò tale iuramentum præſtari non expediat: niſi aliud ex aliqua cauſa Iudex mandauerit,vel a parte fuerit poſtulatum. Cuius quidem mãdato in hac parte quo ad dictum iuramentum præſtandum pareri debeat in quacunque parte iudicij, & in quocunq; cauſæ actu partes per calumniam reprimendo. Poſsit etiam Iudex ex ſuo officio iuramentum veritatis a partibus, vel altera earum exigere quoties, & in quocunque actu cauſarum expedire proſpexerit pro veritate rimanda. Dum tamen tale iuramentum parti aduerſæ volenti de ſuo iure probare non poſsit obeſſe,quo minus proſequi valeat iura ſua:niſi fortè in minimis cauſis quantitatis, vel rei decem ſolidorum, & infra, quas pro ſuo motu, & arbitrio Iudex valeat per iuramentum a ſe cui partium voluerit deferendum decidere,& etiam terminare. In cauſis verò maioribus quantitatis, vel rei nequeat in præiudicium,& præter voluntatem partis tale iuramentum pro deciſione, vel terminatione cauſæ deferre. Voluntarium autem iuramentum de veritate,quòd plerunque in iudicio à parte parti præſtandum occurrit non modicam in dirimendis cauſis efficaciam iuris habet. Quo circa ſtatuere duximus, vt quoties pars actoris in iudicio proponendo, & agendo contra reum, vel eius partem verbotenus, aut etiam in ſcriptis in ipſa facti narratione,& petitione dixerit ſe paratum velle ſtare,& credere ſacramento, ſeu iuramento rei, vel ſuæ partis, vtrum contenta in ſua petitione,ſeu oppoſita pro eius parte vera ſint, necne fieri debeant, tunc reus,& pars eius teneatur, & debeat iurare ſolemniter,& legitimè per iuramentum reſpondere ad prædictam petitionem cum contentis in ea,an vera ſint, & fieri debeant necne, aut verò ſi maluerit iuramentum ipſum ſuper prædictis ipſi actori, ſiue eius parti referre. Recuſans autem reus vtrunque prædictorum exponere,ſeu facere,non audiatur; immo ex ipſa recuſatione vnà cum iuramento inde per actorem ad delationem Poteſtatis, vel Vicarij præſtando, reputetur plenè conuictus, & legitimè ſuperatus; Ita ut per hoc poſsit, & debeat condemnari,& cogi ad facienda,implenda, & executioni mandanda actoris contenta in dicta petitione ſine aliqua probatione gerenda: dummodo ſemper cauſa obligationis, vel petitionis fuerit de iure probabilis, vel legitima, & huiuſmodi perſonæ litigantes fuerint legitimè ad cauſandum, & in iudicio perſiſtendum. Sin verò reus non recuſandum, ſed iurandum putauerit, & ſub iuramento reſpondendum dictæ poſitioni; ſi quidem negauerit, tunc liceat actori ipſo iure, ſine aliqua reſeruatione facta, & fienda reprobare, & conuincere dictum reum probatione legitima de prædictis infra quinque dies proximè ſecuturos.Quæ tamen dilatio poſſit per Poteſtatem,vel eius Vicarium abbreuiari,& prorogari, prout ſibi videbitur iuxta negocij qualitatem. Qua probatione legitimè facta, publicatoque proceſſu, terminoque per arbitrium iudicantis præfixo ad opponendum tranſacto fiat ad petitionem actoris condemnatio rei ad petita cum expenſis; & prærerea in x.lib.deñ. pro pœna periurij; cuius pœnæ tertia pars ſit talis actoris denunciantis, & aliæ duæ partes deueniant in Communi. Sin autem reus potius referre actori ſacramentum ſuper prædictis duxerit, & eũ voluerit iurare: tunc actor ipſe teneatur iurando tale ſacramentum veritatis ſolemniter præſtare ſuper contentis in petitione

ſua:

ſua: Quo facto ſi per tale ſacramentum affirmauerit actor contenta in ſua petitione vera eſſe, & fieri debere; tunc liceat reo in termino ſibi arbitrio iudicis dando ſi petierit reprobare actorem ſi potuerit, & maluerit de prædictis. Alioquin dicto decurſo termino condemnetur reus actori non reprobando ad petita, & expenſas legitimas. Reprobatus autem actor, ita quòd ex ipſa reprobatione reus in totum, vel in partem veniat abſoluendus, condemnetur reo in tantundem, quantum ipſe petebat, & pro pœna periurij, & ſuæ temeritatis in x. lib. deñ. Comuni applicandorũ puniatur. Vbi tñ actor iuramẽtum ſibi delatũ præſtare noluerit, vel præſtando (quòd per raro accidit) ſuam petitionẽ non affirmauerit, tunc fieri debeat abſolutio rei per Iudicem ab ipſa petitione in totum, vel partem prout videbitur fore iuris, & actor ſua temeritate condemnetur reo in expenſis, damnis, & intereſſe etiam in totum. Credulitatis verò iuramentum frequenter occurrens in cauſis, maxime poſitionibus legitimis reſpondendo euitari non poſsit, immo potius ad mandatum iudicantis in iudicio reſpondere tam ad petitionem partis ſuper poſitione legitima, quam ad petitionem, & mandatum iudicantis, vbicunque ſuadente æquitate ex officio ſuo iureiurãdo decreuerit eſſe reſpondendum. Quiſquis verò ſuper hoc in iudicio monitus à iudice ſic iurare, aut reſpondere ceſſauerit cuiuſcunque ſexus exiſtat pro confeſſo ſuper illa petitione, re, ſeu particula modis omnibus habeatur; & nihilominus iudicantis arbitrio pœnis ſubiaceat: ſaluo ſemper in hoc caſu, & omnibus ſupraſcriptis, ut dum aliquis per iuramentum interrogaretur ſuper tali facto, vel negocio, ꝙ ſibi tollerabiliter liceat ignorare, vel nõ ſic in promptu eius habere memoriam, & petierit deliberationis terminum ſibi dari, quòd tunc in arbitrio iudicantis conſiſtat qualiter ad deliberandum ſibi terminum impartiri debeat. Quo caſu in ipſo termino iurare, & reſpondere eodem vinculo teneatur, quo etiam ſine termino per ſuperiora tenebatur. Hoc inſuper addito, quòd cætera iuramẽta huic ordinamento inſerta, quibus per ipſum, vel aliud noſtrum iuramentum non appareret ad reprobandum facultas adhibita, reprobari non poſſint, ſed potius ſolum Deum vltorem eorum habeat contempta religio &c.

De modo procedendi contra contumaces. Rub. VI.

OBEDIENTIA obedientibus non prodeſſet, ſi contumacia contumacibus nõ obeſſet. Quapropter facta rei citatione bina, vbi bina requiritur, aut vnica, vbi ſufficit vna, ſecundum formam ſuperioris Statuti de citatione loquentis, comparente in iudicio actore, & abſentis rei contumaciam incuſante, qui ad ipſam citationem per ſe in termino, vel legitimum reſponſalem, ſeu defenſorem minime comparuerit, factaque ipſius rei, & eum defendere volentium de mandato iudicis ad petitionem actoris per aliquem ex Bannitoribus, vel Bayulis Comunis in iudicio quali quali proclamatione, ſeu grida alta voce, ad quam proclamationem, & gridam minime legitimè comparente, ipſoque reo demum aliquantulum expectato, reputetur pronunciatione Iudicis pro tribunali ſedentis ad petitionem actoris meritò contumax fuiſſe, & eſſe, & contra ipſum tanquam legitimè contumacem fore procedendum. Actore vero ſuam petitionem contra ipſum reum apud acta redigi faciente, & iurante corporaliter manu tactis ſcripturis ad Sancta Dei Euangelia, contenta in ſua petitione vera fuiſſe, & eſſe, & fieri debere, & animo calumniæ non petere, neque agere, neque ſibi in totum, vel in partem ſatisfactum eſſe de petitis, ſoluenteque in cippo Comunis, & mictẽte capita ſolidorum xij. deñ. pro qualibet lib. quantitatis, vel rei petitæ, & petente ſibi dari tenutam de bonis ipſius debitoris, in quantum reperiretur in Terra Caſtri fidardi, vel eius diſtrictu pro menſura debiti declarati, & expenſis, vel dum alia bona non reperiantur ipſum debitorem, ſeu reũ capi, & perſonaliter detineri pro ſatisfactione debiti contenti in iam facta petitione, & expẽſarum, dum ageretur perſonali actione, aut verò ſe mitti in poſſeſſione, & tenuta rèi petitæ, quando ageretur actione reali, fiat per Iudicem eadem die pronũciatio interlocutoria ex primo decreto, ipſum talem actorem fore mictendum in tenutam, & corporalem poſſeſsionem bonorum rei, dum actione perſonali ageretur primo mobilium, ſecundo immobilium, tertio nominum creditorum prõ menſura debiti declarati, & expenſis. Et dum ageretur reali mictendum fore in tenutam, & poſſeſſionem rei petitæ. Et ſtatim ad petitionem actoris deputetur per Iudicem executor vnus ex Bayulis, ſiue Nuncijs ſuæ Curiæ, qui mandato, & commiſione ipſius Iudicis poſsit, & debeat ipſam tenutam in actis referre; cuius relationi plenè credatur, niſi clarè contrarium probaretur. In qua quidem tenuta, & poſſeſsione talis miſſus per Iudicẽ, & eius curiam iuris remedijs defendatur; niſi eam iniuſtã manifeſtè compererit: quam tenutam, & poſſeſsionem ſic decretam liceat reo per inuocationem Iudicis, & refectionem expenſarum recuperare, & ſuam purgare contumaciam legitimè in iudicio comparente infra vnum menſem a die pronuntiationis

proximè

proximè,& continuè ſecuturum, ſiue reali, ſiue perſonali actione actum extiterit. Elapſo autem, & decurſo prædicto menſe reus poſtea veniens ſe recuperare procurans, ſiue in poſſeſſorio, ſiue in petitorio nullatenus audiatur; niſi legitima cauſa fuerit impeditus, declaranda arbitrio Iudicis: immo potius ex ipſo menſis tranſcurſu talis actor, vt præmictitur inductus præſumatur,& reputetur ipſius rei, ſeu rerum in tenutam conceſſarum verus dominus, & poſſeſſor;& reus intelligatur ipſo facto,& iure ab ipſius rebus, ſeu re in totum excluſus. Dum tamen, & contra dicente reo, ſcilicet petente actore fiat per Iudicem actori adiudicatio dictæ poſſeſsionis, & tenutæ,ac etiam proprietatis ipſarum rerum, ſeu rei ex ſecundo decreto,& diffinitiue in hac forma: videlicet,ꝙ dicto tranſacto termino menſis ex commiſsione Iudicis ad petitionem partis dum actione perſonali actum extiterit, fiant de ipſis rebus, ſeu re dictæ poſſeſsionis,& tenutè diuerſis diebus,& horis ad feneſtras Loggiæ, ſiue Palatij Comunis Caſtri Fidardi tria diuerſa,& publica bannimenta: quòd quæcunque perſona tales res,ſeu rem ſic in tenutam conceſſas emere voluerit in tertiam diem ex tunc proximè ſecuturam comparere debeat coram Poteſtate,ſeu eius Vicario,quoniam plus offerenti dabuntur; alioquin dicto triduo elapſo,nemo emere volens audiatur: ſed potius actori fiat eiuſdem rei, vel rerum pro ſuo iure datio in ſolutum. Comparentibus autem emptoribus,vno,vel pluribus fiat plus offerenti venditio apud tribunal per actorem auctoritate,præſentia,& decreto Iudicis: & quod ſuperfuerit ex pretio vltra debitum, & expenſas reſeruetur ad commodum debitoris,ſiue rei. Si verò defecerit,vt quia pro minori,ſuppleatur expenſis,& de bonis rei debitoris ſummatim, & ſine litigio. Emptoribus autem in dicto termino tridui,vno, vel pluribus non repertis, tunc ponatur per iudicem,& actorem duo æſtimatores: videlicet vnus pro quolibet idonei,& legales de conuicinis rei, ſiue rerum tenutè ad æſtimandum ſub vinculo iuramenti dictas res, vnam, vel plures in tenutam datas, iuxta quorum æſtimationem in actis relatam fiat per iudicem ad petitionem actoris adiudicatio ex ſecundo decreto per diffinitiuam ſententiam in ſcriptis pro menſura debiti, & expenſarum,contradictione aliqua rei in aliquo dictorum caſuum non obſtante, iure,& ſupplemento defectus,aut reſidui ſemper ſaluo,vt dictum eſt. In reali autem actione abſque alijs bannimentis commiſsione, vel æſtimationibus fiendis eo ipſo, quòd iam dictus menſis effluxerit, actori petenti ſimilis ex decreto ſecundo fiat rei, ſeu rerum tenutè ſibi,vt ſupra conceſſe adiudicatio cum cõdemnatione expenſarum,reficiendarum actori de bonis rei ſimpliciter, & ſummariè. Ita quòd ſemper creditoribus in ſingulis caſibus ſupradictis ſit plenariè ſatisfactum,rei contradictione nullatenus obſtante. Contumaciæ autem,ac tenutæ,& adiudicationes dictis modis conceſſæ, & factæ, ſeu obtentæ cum omnibus ſuis actis firmæ ſint,valeant, & ſeruentur: nec prætextu, & occaſione aliqua patriæ poteſtatis refringi valeant, vel etiam annullari, aut verò impediri quo minus executioni mandentur. At vbi reus, ſiue debitor bona talia,de quibus dictum eſt, non fuerit poſsidere inuentus: vel poſsidere minus ſufficientia ad debitũ,& expenſas in perſonali actione; aut rem petitam, ſeu eius poſſeſsionem tranſtuliſſe in fraudem,propter quam translationẽ foret miſſio impedita,vel veriſimiliter impedienda,tunc poſt dictam contumaciã facta de hoc relatione per Bayulum,ſeu executorem apud acta ex commiſsione Iudicis, ad petitionem actoris fieri poſsit,& debeat ſummariè contra reum executio perſonalis pro ipſo debito,& expenſis per captionem,detentionem, & captiuationem ipſius rei debitoris vſque ad integram ſatisfactionem actoris, de, & ſuper petitis per eum, & expenſis factis,& fiendis. Quam executionem regimen facere teneatur vinculo iuramenti,& pœna xxv. librarum deñ.de ſuo ſalario ſi neglexerit,aut recuſauerit. Et prædicta reorum contumacijs conſtituta noſcuntur. Cæterum actoris contumacia,quæ maior rei meritò reputatur taliter comprimatur: videlicet,ꝙ quoties actor ad vocationem, qua de eo vnà cum reo ad ſui petitionem citatio facta fuerit, Iudice tunc ſedente pro tribunali per notarium banci, ſeu Bayulum, aut bannitorem pro expeditione iuris reddendi, aut verò in termino ad quem citari fecerit reum in iudicio non comparuerit ſtatim reſpondendo per ſe,vel legitimam perſonam pro ipſo,tunc ſtatim eo ipſo ad petitionem rei ſuam contumaciam incuſantis intelligatur eſſe contumax ſine alia pronunciatione fienda: pro cuius quidem contumacie temeritate,& pœna in ſol.duobus deñ. mittendis in cippo Comunis, & tantundem reo: necnon in expenſis, & damnis rei inde ſecutis ipſo facto,& eadem die ad petitionem aduerſarij per iudicem puniatur, & ad ſoluendum,& reſarciendum realiter,& perſonaliter compellatur. Hoc inſuper declarato, quòd vbi duæ citationes factæ requiruntur per formam ſuperioris ordinamenti non ſufficiat vna ſola,niſi quo ad accuſationem,& reputationem primæ contumaciæ,pro qua,& in qua poſſit,& debeat ad petitionem actoris cõmicti,& dari pignus pro expenſis ipſius primæ contumaciæ tantum. Item quòd ſolemnitates, & prolixitates in ſupraſcriptis contumacijs requiſitæ non intelligantur expedire,vel neceſſariæ fore in cauſis ſum-

marijs,

narijs,& extraordinarijs,ſeu minimis in ſuperioribus ordinamentis expreſſis. Immo in illis, vt ſuperius in ſpecialibus ordinamẽtis cautũ apparet,cognoſci valeat,& procedi tam ſummariè,quàm de plano, &c.

De debitore ſuſpecto capiendo, & de ſequeſtratione. Rub. VII.

SI quando quiſquam de Caſtro Fidardo terrigena, ſeu diſtrictualis habitator comparens coram noſtro regimine dixerit, & iuramento corporaliter tactis ſcripturis præſtito affirmauerit ſe aliqualem debitorem ſuſpectum, & fugitiuum habere in aliqua quantitate obligationis re, vel ſpecie ex rationabili cauſa exprimenda, cuius cognitio ſpectet ad forum curiæ Caſtri Fidardi, quòd non poſsideat immobilia bona ad debitum ſufficientia in ipſa Terra Caſtri Fidardi,vel eius Territorio, vel diſtrictu,vel petierit ipſum capi ſiue detineri per curiam, ſeu vero de bonis,aut rebus talis debitoris mobilibus arreſtari, vel ſequeſtrari apud idoneam perſonam habitatricẽ Terræ Caſtri Fidardi, vel eius diſtrictus: tunc ſtatim dicta petitio dicto iuramento comprobata, & per manum Notarij banci, ſeu alterius Notarij terrigene redacta in ſcriptis per Poteſtatẽ, ſeu eius Vicarium admictatur, ſeu debeat exaudiri ſummatim, & ſine mora, mictendo vnum ex bayulis ſiue nuntijs Communis Caſtri Fidardi vnà cum familia Rectoris ad requirendum ipſum talem debitorem; quod perſonaliter ſe conferat coram ipſo regimine. Qui debitor ſi non ſtatim parere curauerit: illicò per familiam capiatur, ducatur, & teneatur ſub fida cuſtodia, donec ipſe debitor de ſtando iuri,& ſoluendo iudicatum in curia Caſtri Fidardi idoneè ſatiſdederit corã iudice creditori, vel ipſum creditorem aliter concordauerit. Dummodo mobilia bona ſequeſtranda ad ipſum debitum ſufficientia talis debitor non ſit repertus ibidem habere. Qui ſi de rebus,pecunijs,ſiue bonis mobilibus ſuis preſto habere fuerit repertus,talis debitor pro ipſo debito in totum, vel in partem habilis tunc fiat eorum ſequeſtratio, ſeu arreſtatio ad petitionem creditoris dicto modo iurantis penes idoneam perſonam abſque captione perſonali vbi ad debitum ſufficiant in totum. Seu etiam vnà cum dicta captione,vbi tantum pro parte ſufficere videantur, de quibus qualitatibus prima facie ſacramento creditoris credatur. Nec talis ſequeſtratio reuocetur, niſi primo ipſe debitor, vt præfertur, ſatiſdederit, aut ſatiſfecerit creditori. Saluo ſemper, ꝙ liceat tali debitori ſic capto, vel contra quem talis ſequeſtratio facta foret, probare contrarium dictarum qualitatum in facto præpoſitarum in petitione actoris per aliquam ſummariam fidem,dicendo ſtatim, aut ex interuallo ſe fore idoneum, & poſsidere immobilia in dicta Terra Caſtri Fidardi,vel diſtrictu eius. Aut verò iam ſatiſfeciſſe creditori de tali debito. Quo caſu talis captio,vel ſequeſtratio nullatenus fieri poſsit. Et talis actor, ſeu creditor pro tali temeritatis exceſſu in libris vigintiquinque denariorum puniatur. Et ſimili pœna puniatur ad petitionem talis rei, ſiue debitoris,dum in proceſſu cauſæ ventillandæ cum ipſo debitore, ſiue reo in probatione defectu probationis defecerit, & ſuccumberit ipſe actor in cauſa ob quam, vel cuius occaſione talem captionem,aut ſequeſtrationem fieri fecerit, &c.

De executiòne inſtrumentorum, ſententiarum,præceptorum, teſtamentorum,arbitrorum, contractuum,ſeu aliorum obligationum,& voluntatum. Rub. VIII.

COMPARENTE actore contra reum ritè citatum,& publicum producente in iudicio inſtrumẽtum alicuius ſententiæ,vel præcepti, teſtamenti,vel alterius vltimæ voluntatis,ſeu verò contractus laudi,arbitrij,ſeu arbitramenti,aut pactorum,vel obligationis cuiuſcunque in ſua prima facie,ſiue apparentia non abolitum, non cancellatum, non vituperatum, nec in aliqua parte ſui euidenter vitiatum, & executioni mandari petente,poſſit, & debeat infraſcripto modo ad petitam executionem procedi. Videlicet, quòd ſtatim facta productione prædicta, & legitimatis perſonis de quarum habilitate poſſet aliqua rationabili cauſa quæri, ſtatuatur à Iudice reo conuento terminus, ſiue dilatio quinque dierum, tunc proximè futurorum ad accipiendum copiam ipſius inſtrumenti, & contra exponendum quicquid vult,& poteſt. In quo termino non alias,nec plures exceptiones, ſeu oppoſitiones poſſit conuentus obijcere, vel excipiendo opponere,quàm falſitatis,ſolutionis, ſiue ſatiſfactionis, quietationis,aut pacti de vlterius nõ petendo. Ad quas oppoſitiones,vel alteram earum probandam, & probatam habendam ſtatuatur a Iudice terminus octo dierum tunc proximè ſubſequentium. Quo termino tranſacto, & nulla ex dictis exceptionibus legitimè probata,ſtatim nulla contradictione, vel oppoſitione admiſſa procedatur ſummariè, & abſque omni ſolemnitate per Iudicem ad executionem talis inſtrumenti producti,iuxta petitionẽ actoris realiter,& perſonaliter compellendo reum ad ſatiſfactionem cõtentorum in inſtrumento, ſiue aliqua,

vel alia

vel alia ſimili publica ſcriptura producta,& etiam expenſarum . Probata verò in dicto termino alia dictarum exceptionum legitimè,tunc talis inſtrumenti executio pœnitus retardetur ; & ad petitionem rei cõuenti pronuncietur ipſum inſtrumentum,arbitrum, & laudum teſtamentum, ſiue præceptum, ſeu aliam ſimilem ſcripturam publicam obſtantibus dictis exceptionibus probatis, vel aliqua ipſarum executioni non fore mandandum, & producens in expenſis legitimis condemnetur. Hoc inſuper ad declarationem addito,vt contra dictas publicas ſcripturas, & ſimiles dicto modo exequendas nulla alia exceptio, quàm prædictæ ſupra enumeratæ vllo modo poſſint opponi, & oppoſita non poſsint obſtare, nec executionem prædictam impedire. Cæterum,quia non paſsim licere debet falſi exceptionem contra inſtrumētum opponere,per quam non ſolum producens,& vtens; ſed etiam ſcriptor forſitan legaliſsimus etiam ſine culpa redditur verecundus. Ideo ad temeritatem opponentium reprimendam duximus prouidè,quòd talem falſitatis exceptionem obijciens non audiatur, niſi ipſam in ſcriptis obijecerit, & corporaliter ad ſancta Dei Euangelia iurauerit, & iurando ſpecialiter præſtitis per eum idoneis fideiuſsionibus apud acta promiſerit,& ſe realiter,& perſonaliter obligauerit ipſam exceptionem plenè, & legitimè comprobare, & in ea perſiſtere vſque ad finem. Et ſiquidem contingat ipſum in probatione talis exceptionis deficere, ſoluat in Comuni Caſtri Fidardi de facto,& ſine diminutione pro pœna tantè temeritatis,quinquaginta libras denariorum de ſuo proprio; & etiam ſortem debiti in inſtrumento contentam cum expenſis. Quas omnes,& ſingulas obligationes, & pœnas, iacturas, & promiſsiones talis opponens eo ipſo, quòd deſtiterit, vel in probatione defecerit ipſo facto incurriſſe intelligatur. Ita quòd vigore huius ordinamenti,tam ipſe opponens,quàm fideiuſſores eius realiter,& perſonaliter poſsint,& debeant cogi ad obſeruationem,& ſatisfactionem omnium prædictorum.

De executione priuatæ ſcripturæ,& qualiter fiat comparatio literarum. Rub. IX.

QVAMVIS de iure Communi ſcripturæ priuatæ ſubſcriptionibus, & cautelis debitis non munitæ minus plena fides adhibeatur.Tamen pro fauorabili veritatis obtentu hoc iure municipali vtēdum eſt,vt ſi quis ætatis legitimè,ſanèque mentis, & ſuæ poteſtatis ex qua vis probabili, ſeu licita cauſa ſua propria manu ſubſcripſerit alicui ſe debere aliquam rem,quantitatem, vel ſpeciem, ſeu etiam factum aliquod,vel negocium promiſiſſe,aut per ipſam ſcripturam promictere. Quæ quidem ſcriptura poſtea in iudicio noſtræ Curiæ deducatur,& exequi petatur à non vſurario, neque ſucceſſore, vel hærede vſurarij contra talem ſcriptorem,ſeu hæredem,aut ſucceſſorem eius. Qui ſiquidem talis debitor conuentus in iudicio reſpondendo ſponte confeſſus fuerit ſe prædictam ſcripturam ſua propria manu ſcripſiſſe, aut ſuum præceſſorem in ipſa ſcriptura memoratum,cuius ipſe foret hæres,vel ſucceſſor. Seu verò dum negauerit,appareat per duos idoneos,aut plures teſtes,qui dixerint ſe fuiſſe præſentes,& vidiſſe talem ſcripturam fieri manu illius debitoris de quo agitur. Aut per comparationem literarum, & aliarum ſcripturarum eiuſdem ſcriptoris fiendam in forma infraſcripta. Tunc publicata comparatione ipſa, vel teſtium depoſitione per pronunciationem Iudicis poſsit, & debeat talis ſcripturæ de qua dictum eſt, fieri contra debitorem conuentum ſummaria executio realis,& perſonalis ad petitionem creditoris vſque ad integrā ſatisfactionem debiti in ipſa ſcriptura contenti,& etiam expenſarum, non obſtante aliquo defectu teſtiū loci,vel temporis,vel aut alterius ſubſtantialitatis, vel ſolemnitatis, nec aliqua alia contradictione fienda. Comparationem autem tali modo prædictam fieri diſponimus; quando talis ſcriptura fuerit negata: videlicet,quòd per Iudicem ad petitionem actoris, ſeu creditoris conueniantur in iudicio ſimul duo publici Notarij, vel ſcientes legere, & ſcribere de Caſtro Fidardo etiam die feriata, & abſque ſeſsione pro tribunali. Vocatis tamen partibus principalibus,& ſub corporali iuramento ſeparatim, & ſecreto examinentur ſuper dicta ſcriptura producta,vtrum ſit per manus illius talis debitoris,qui dicitur,& in ea continetur ſcripſiſſe,vel non. Et vtrum ſit tam ſimilis alteri certæ ſcripturæ eiuſdem debitoris, quod poſsit dici,vel eis videatur eadem manu ſcripta. Et quomodo hoc ſciunt, ſeu cognoſcunt,quorum dicta extenſe redigantur in actis. Et illud quod per ipſos Notarios examinatos fuerit iuramentis affirmatum de prædictis,reputetur,& habeatur pro firmiſsima veritate. Addimus huic ordinamento, quòd quicunque negauerit propriam ſcripturam, & probatum fuerit contrarium per aliquem ex modis ſupradictis,vltra ſatiſfactionem debiti, & condignam verecundiam inde ſibi ſecutam,de facto ſine aliqua remiſsione ſoluat Communi noſtro Caſtri Fidardi decem libras denariorum, &c.

De arbitris,& arbitramentis,& quæſtionibus coniunctorum. Rub. X.

LICET arbitraria compromiſſa de iure communi non violenra,ſed voluntaria potius eſſe debeant tamen quia ad iudiciorum inſtar ſunt redacta,quæ nonnunquã in inuitos redduntur. Aequitate ple runque ſuadente hoc iure permitritur, vr attinentes, ſeu coniuncti infra quartum gradum conſanguinitatis,vel affinitatis incluſiuè habentes,vel promouentes inter ſeipſos aliquam litem,cauſam, ſeu controuerſiam non præuentam à pacificatoribus noſtri Comunis Caſtri Fidardi legitimè ex quacunque re, vel cauſa, poſsinr, & debeanr per noſtrum Poteſtatem, ſeu eius Vicarium realiter, & perſonalirer cogi iuris remedijs opportunis ad compromictendum ipſam cauſam, ſeu litem, etiam cum omnibus ab ipſa dependentibus,& emergentibus,& ad eam ſpectantibus in aliquos communes amicos,vel attinentes. Qui non ſolum de iure,ſed eriam de facto ſaltem in procedendo per omnia vtilia, & opportuna cauſam ipſam, & litem poſsint,& debeant cognoſcere: Necnon etiam terminare de iure quantum ad ius litigatoris ordine tamen prætermiſſo, & dum partes compromictendo conuenerinr,etiam de facto decidere. Poſsit etiã Iudex ſimili modo compellere partes ad compromictendum æquirare ſibi ſuadente ſingulas cauſas paruas implicitas,& habentes ſuper minimis rebus multa,& varia vltro,citroque diuerſicula, ſeu capita nõnullam quaſi confuſionem exhibentia in expedirione cuiuſmodi ſunt cauſæ ſocietatum,& laboriciorum, ſiue mercimoniorum,& locationũ,& conductionum,& ſimiliũ. Item quandocunq; ad expeditionẽ cauſæ concurreret dubiũ alicuius experimenti,vel artis,de qua veriſimiliter ipſe inſtructus eſſe non poteſt,poſſint, & debeant partes cõpelli ad recurrendum ad expertos in arte, ſeu experientia illa non ſuſpectos, & ad illorum dicto,& declarationi ſtandum. Voluntaria autem arbitria de iure communi licita maximè cõprobamus;his tamen regulis ſubeunda: videlicet vt quotiens cõpromictitur in aliquos arbitros aut compromictatur in ſolum vnum arbitrum,aut in tres, vel vbi de tertio non conuenerinr partes, tunc ille tertius nominetur per iudicem, proinde habendus, ac ſi à partibus nominatus fuiſſet, & in compromiſſo aſſumptus. Qui arbitri ad arbitrandum,cognoſcendum, & determinandum à noſtro Poteſtate poſsint,& debeanr ad petitionem alicuius partis compelli; etiam pœna compromiſſi,vel alia ſoluta, vel non, eo ipſo,quòd abſumpti fuerint per compromiſſum,intelligatur de facto poſſe cognoſcere, & procedere, & de iure diffinire, quantum ad iura partium omiſſis ſolemnitatibus, & ordine iudicij, ac ſine ſtrepitu, & figura; & vbi de facto factum fuerit compromiſſum, ſiue in procedendo, ſiue in ſententiando ſemper liceat arbitris quam maluerint viam,& in quacunque parte aſſumere,tam iuris, quàm facti in totum,vel in par tem. Ita quòd vna electa via; tamen altera non tollatur in cognoſcendo,neque diffiniendo. Et præſumatur,& reputetur compromiſſum fore factum,non ſolum de principali, & expreſſa cauſa, ſed etiam de acceſſorijs,& ſpectantibus ad ipſam,& dependentibus,& emergentibus ab eadem, quòd nõ rantum ſemel, ſed pluries poſſint arbirri, vnus, vel plures, etiam ſententia lata arbitrando declarare. Sed ne arbitri ad quos plurimum pro breuitate,& partium commoditate recurritur,valeant cauſas compromiſſas deluſoriæ dilatare,ſic eos,vnum,vel plures volumus coharctari,vt omne compromiſſum dumtaxat ſemeſtri tem pore durare poſſe intelligatur,infra quod poſſit, & debeat compromiſſa cauſa cognoſci,& diffiniri. Quo tempore decurſo non poſsint arbirri ſe vlterius intromictere, niſi de partium voluntate fuerit dictus terminus expreſsè prorogatus. Quinimmo vigore præſentis ordinamẽti arbitri,ſeu arbitratores negligẽtes, ſeu qui ceſſauerinr ſcienter,& voluntariè in dicto tẽpore cognoſcere, terminare,& diffinire cauſam, ſiue cauſas ad vniuerſa damna, & expenſas, & intereſſe inde ſecuta partibus reneantur. Et nihilominus Cõmuni Caſtri Fidardi in decem libris deñ. pro quolibet condemnetur,iuribus partium nihilominus ſemper ſaluis. Et ſaluo etiam, quòd dicto termino ſemeſtri non obſtante poſsint arbirrari per Iudicem,etiam ante ipſum tempus,iuxta cauſæ quantitatem, & qualitatem ad cognoſcendum, & diffiniendum compelli in termino ab ipſo Iudice ſtatuendo, &c.

Quod gradus conſanguinitatis, & affinitatis numeretur ſecundum ius Canonicum. Rub. XI.

STATVIMVS, quòd in quocunque actu de quo propter gradum conſanguinitatis, & affinitatis vergeretur dubitatio,quod prædictus gradus debeat numerari ſecundum ius canonicum:& hoc locũ habeat tantũmodo in futuris,& excepto caſu quo de ſucceſſoribus ageretur,& quo de iure canonico fieri deberet ſecundũ ius ciuile graduũ cõputatio,quibus caſibus gradus ſecũdũ ius ciuile debeat cõputari.

De te-

De tenutis à debitoribus voluntariè datis. Rub. XII.

TENVTAE voluntariæ datæ à debitoribus ſuis creditoribus poſt, vel ante præceptum ſibi factum de ſoluendo debitum à Poteſtate Caſtri Fidardi, ſeu eius Vicario ante diffinitiuam ſententiam, vel poſt, rate habeantur, & executioni mandentur, ac ſi Rectores, & Officiales dicti Cōmunis eas diffiniſſent, cediſſent, & dari feciſſent, & habeant eundem effectum, & vigorem in ſubaſtando, vendendo, & in ſolutū dando per executores Cōis, & in omnibus alijs, ſicut in tenutis ſentētia Iudicis ab executore Cōis datis, & dandis. Quæ tenutæ primo dentur de mobilibus ſi cōparent. Secundo de immobilibus, deinde de iuribus, & nominibus creditorū. Et ſi diſcordia eſſet inter debitorē, & creditorem in capiendo tenutā, Poteſtatis, ſeu Vicarij Caſtri Fidardi arbitrio finiatur. Et ſi res taliter in tenuta datæ eſſent alijs obligate Poteſtas, ſeu eius Vicarius in alijs bonis debitoris ſatisfieri faciāt creditori: ita ꝙ in tenuta voluntariè data in venditione ipſius, & datione in ſolutū capita ſolidorū non ſoluantur. Idē dicimus obſeruandū in tenutis in rebus immobilibus à debitoribus, vel curia Cōis datis. Item volumus, ꝙ creditores, & debitores poſſint vti eiſdē tenutis, donec eis datæ fuerint in ſolutū, & interim fructus deponantur apud bonam perſonam, quæ eos vendat auctoritate Poteſtatis, ſeu eius Vicarij, & ſoluat precium creditori, & conuertatur in ſatisfactionem debiti. Item dicimus, & ordinamus de venditionibus ſimulatæ factis, & pignoribus, & tenutis, ꝙ recipiens venditionem, pignus, & tenutā, facta ſibi ſatisfactione debiti, teneatur reſtituere vendenti, & obliganti rem venditam, & obligatam. Et ad probandum ſimulationem ſufficiat probanti eam, ſi probauerit ſe ſoluiſſe partem debiti, cuius cauſa venditio, & obligatio facta eſt. Et in omnibus ſupradictis fructus recepti per tales emptores, & creditores compenſentur in ſortem debiti. Et in prædictis procedatur ſine libelli oblatione, & litis conteſtatione, & capitibus ſolidorum; non obſtante aliquo capitulo, nec iuramento interpoſito in ipſis contractibus.

Quòd creditores teneantur recipere tenutam à ſuis debitoribus. Rub. XIII.

PRAETEREA creditores teneantur recipere tenutas à ſuis debitoribus, ſi debitores voluerint dare voluntariè pro quantitate debiti, & expenſis ſine capitibus ſolidorum. Et ſi ab ipſo debitore, vel alio, qui iuſtam cauſam non haberet, ipſa interrupta fuerit, vel detenta, vel ablata qualitercunque, teneatur interrumpens, vel auferens ad bannum quadraginta ſol. & tenutam ſine quæſtione reſtituat. Et prædicta locum non habeant in illis caſibus, in quibus debitores debeant compelli perſonaliter ex forma alicuius ſtatuti. Et ſi diſcordia eſſet inter debitorem, & creditorem de re danda in tenuta, dirimatur arbitrio duorum bonorum hominum, eligendorum per eos de contrata vbi res ſita fuerit.

Quòd forenſes ſatisdent de reconueniendo, iudicio ſiſti, & iudicato ſoluendo, ſi petat aliquid aliquid contra terrigenam, & aliter non audiatur. Rub. XIIII.

STATVIMVS, ꝙ nullus forenſis, ſeu non habitator Terræ Caſtri Fidardi audiatur per Poteſtatē, ſeu eius curiam agendo, vel petendo aliquid contra terrigenam, vel habitatorem dictæ Terræ, niſi dederit fideiuſſionem, ſiue fideiuſſorem idoneum de reficiendis expenſis ſi ſuccumberit, & de iudicio ſiſti, & iudicato ſoluendo in caſu reconuentionis, ſi ſatisdatio huiuſmodi petita fuerit per conuentum. Nec ſit locus iuratoriè cautioni, niſi aliter ex qualitate cauſæ, & perſonarum Domino Poteſtati videatur.

De actione non cedenda forenſi. Rub. XV.

ACTIONEM aliquam, vel ius contra noſtrum terrigenam, vel habitatorem alicui forenſi nemo cedat, pœna, & banno xxv. lib. deñ. pro quolibet contrafaciente, & qualiber vice. Et nihilominus ceſſio facta nulla ſit, & iuris vacua, ac irrita ipſo iure. Cedenſque teneatur terrigenæ contra quem ceſſerit, omnia damna, & expenſas, ac intereſſe de ſuo proprio reſarcire, quæ ſubſtinuiſſet occaſione huiuſmodi ceſſionis.

Quòd nullus de Caſtro Fidardo poſſit conuenire aliquem de eadem Terra extra dictam Terram Caſtri Fidardi. Rub. XVI.

STATVIMVS, & ordinamus, q nullus de Caſtro Fidatdo, ſiue eius diſtrictu, vel alio modo in dictis locis habitans, ſiue permanens poſſit, audeat, vel aliquo modo præſumat conuenire aliquẽ ex dictis Terrigenis, ſiue habitatoribus, vt ſupra in prima cauſa ciuiliter, vel criminaliter, ſiue mixtim extra dictam Terram pœna cuilibet in aliquo caſu prædicto contrafacienti xxv. lib. deñ. & minus arbitrio Poteſtatis noſtro Cõi applicandarũ, quam pœnã incurrat poſt denũtiationem, accuſationẽ, ſiue relationẽ immediatè per ipſum factam. Et ipſo facto parti conuentæ in expẽſis, dãnis, & intereſſe teneatur, & condemnetur. Et talis ſic cõuentus nullo modo debeat, nec teneatur cõparere, ſed poti⁹ impunè poſsit iudiciũ, in quo requiritur, ſiue cõuenitur, contẽnere, & nullo modo ei obtemperare. Addimus inſuper huic præſenti Statuto, ſiue ordinamẽto, q nullus Notarius de Terra Caſtri Fidardi, & eius diſtrictu, vel alius poſsit, ſiue debeat aliquo modo ire cũ tali faciente ſic cõueniri, ſiue cõuenire ad impetrandũ litteras, vel aliquod priuilegiũ contra tales perſonas ſupra declaratas, vel contra præſens Statutũ, ſiue ordinamentũ, impetranti, & Notario, vel alij cũ ipſo occaſione prædicta eunti pœna x. lib. deñ. à quolibet ſupradictorũ de facto exigendarũ. Et Poteſtas, ſiue Officialis noſtri Cõis quicunq; ſit, nullo modo dictas literas, vel priuilegiũ debeat admittere, ſi corã eo producerentur, vel allegarentur, pœna ſibi, qui cõtrafecerit xxv. lib. deñ. noſtro Cõi applicandarum, & eiſdem de ſuo ſalario auferendarũ. Et acta, ſiue actitata alibi, quam in Terra Caſtri Fidardi, in prima cauſa facta nullo modo valeant, nec de iure teneant, ſed potius ipſo iure ſint caſſa, irrita, & vana, & nullius efficaciæ, vel valoris. Addimus inſuper ſtatutis loquentibus de pœnis ſoluendis ſuper maleficijs, q ſi quis commiſerit aliquod maleficium extra Terram Caſtri Fidardi, &c. q ſoluat, & ſoluere teneatur illam pœnam, quam ſoluũt delinquentes in dicta Terra in locis, in quibus non duplicantur pœnæ, non obſtantibus dictis ſtatutis loquentibus, quòd deberent ſoluere medietatem.

Si quis fecerit contractum, ſiue debitum cum aliquo foreñſi, & alter terrigena damnum ſubſtinuerit, cogatur de facto ad conſeruandum indemnem. Rub. XVII.

STATVIMVS, & ordinamus, q ſi propter debitum alicuius noſtri terrigenæ, vel habitatoris contractum extra Terram, & diſtrictum Caſtri Fidardi, propter quod extra iuriſdictionem Caſtri Fidardi conueniri poſſet aliquis noſter terrigena, vel habitator, & damnum aliquod ſubſtinuerit; talis propter quem damnum ſubſtineretur, per Poteſtatem Caſtri Fidardi damnum paſſo integre, & cum effectu ſatiſfacere compellatur, & reſarcire omne, & quodcunque damnum.

De principalibus prius conueniendis, & fideiuſſoribus conſeruandis indemnibus. Rub. XVIII.

PRINCIPALIS debitor, ſeu is pro quo, vel cuius cauſa fuerit obligatio contracta in ciuili cauſa, vel etiam criminali prius, & antequam fideiuſſor, ſeu is qui acceſſorius eſt in obligatione, conueniatur, vel aliter moleſtetur in perſona, vel rebus fiat, & diſcuſsio, & etiam executio cõtra eũ, & in bonis eius, qui principalis fuerit, non obſtante, quòd acceſſorius ſe, vel ſua principaliter obligaſſet eodem tempore, vel modo, aut etiam diuerſo, facta tamen diſcuſsione dicta, & executione contra principalem inuentum totaliter, vel in partem non ſoluendo, & qui perſonaliter haberi, vel cogi non poſsit, tunc fieri poſsit executio in perſonam, & bona fideiuſſoris, ſeu acceſſoriè obligati vſque quo creditori fuerit integrè ſatiſfactum; habeat tamen talis acceſſorius, vel fideiuſſor contra principalem debitorem, non ſolum ad debiti quantitatem, ſed etiam ad damna omnia, & expenſas, ac etiam intereſſe, quæ, & quas ſubſtinuerit occaſione ſupradicta regreſſum. Et Rector executionem realem, & perſonalem de his facere teneatur ad petitionem legitimè perſonæ petentis ſummariè, & de facto ſine libello, & ſcriptura, ac ſine ſtrepitu, & figura iudicij, & omnis iuris ſolemnitate, & ſubſtantialitate omiſſa. Teneaturque principalis ad petitionẽ iam dicti fideiuſſoris, ſiue acceſſorij, tam ante ſolutionem, & executionem factam, quàm poſt ipſam conſeruare indemnẽ, & de cõſeruatione indẽnitatis per inſtrumentũ cauere de tali obligatione facta. Et Rector viſo inſtrumento cõſeruationis indẽnitatis, vel alio in quo aliquis cognouerit debitum principaliter eſſe ſuum, ſiue habita de hoc alia probatione, fide legitima ſimili mòdo ſummatim, & de facto executionẽ facere poſsit, & debeat contra ipſum principalem ad plenam ſatiſfactionem eius, qui pro eo fuerit obligatus, & tale inſtrumentum conſeruationis indemnitatis, & ſimilis cautela habeatur pro plena, & legitima probatione, etiam contra creditorem principalem quo ad defectum, & formam huius Statuti.

Quod

Quod per Rectorem ſententia debeat ferri infra xv. dies de quæſtione, & licentia intrandi poſſeſſionem,& tenutam. Rub. XIX.

ITEM ſtatuimus,& ordinamus,ꝙ ſi per aliquã perſonam contigerit peti licentiam intrandi,& apprehendi poſſeſſionẽ aliquarum rerũ mobilium,& immobiliũ,& aliquis extiterit cõtradictor, Poteſtas,ſeu Vicarius Caſtri Fidardi,qui pro tẽpore fuerit, teneatur, & debeat ipſam quæſtionẽ,ſeu cauſam ſummariẽ ſine libelli oblatione,& litis conteſtatione,& iudicij ſtrepitu cognoſcere,finire,& terminare infra xv. dies,à tempore petitæ licentiæ cõputandos. Nec cõtradictor poſſit dicere,ſeu petere,ꝙ aliter procedatur.

Quòd credatur Hoſpitatori,Merciario,& Speciario, ac ſimili Apothecario, vſque ad quantitatem viginti ſol. Rub. XX.

DICIMVS inſuper,& ordinamus,ꝙ cuilibet Hoſpitatori,Merciario,& Speciario,ac ſimili Apothecario Terræ Caſtri Fidardi,qui dixerit ſe debere recipere ab aliquo aliquã pecuniæ quantitatem occaſione rerũ receptarũ in eorũ hoſpitijs,ſeu ſtationib⁹, ſi nõ haberet aliquã probationẽ,ꝙ credatur eidẽ, vel eiſdẽ,aut ſuæ ſcripturæ,vſq; ad quantitatẽ xx.ſol.deñ.iuramento calũniæ per Iudicẽ primo ab eo recepto, & tale iuramentũ habeatur pro plena probatione, ſtatuto aliquo in cõtrariũ loquẽte nõ obſtante.

De pœna petentis debitum iam ſolutum. Rub. XXI.

STATVIMVS, & ordinamus inſuper,ꝙ petens debitũ iam ſolutũ, vel plus debiti ſcienter petens in xxv.lib.deñ.noſtro Cõi cõdemnetur,& in duplo debiti iam ſoluti petiti,ſeu eius, ꝙ plus debito petierit,parti,& poſt petitionẽ factã,ſeu libelli productionẽ parte recuſante non ſit locus pœnitẽtiæ. Ignoranter verò debitũ ſolutũ petens,vel plus debito in expenſis factis,& in cauſa omnimodo condẽnetur,& ſemper in eodẽ proceſſu fieri poſſit,& debeat cõdemnatio ad pœnam Cõi applicandam,& parti,ac in expenſis,vt ſupra, vnà cum abſolutione à debito iam ſoluto,vel ab eo,quòd plus debito peteretur.

De æſtimatione alicuius rei fienda. Rub. XXII.

STATVIMVS, ꝙ ſi aliquis in iudicio æſtimauerit aliquã rem,quam æſtimationẽ aduerſarius dicat malitioſam cauſa grauãdi eũ in capitibus ſolidorũ,Iudex debeat vocare duos de legalioribus de contrata, & facere eos iurare de æſtimatione rei,& ſecundũ dictum eorum capita ſol. ſoluantur ab eo cõtra quem aduerſarius pro æſtimatione faciebat,& ille qui illam æſtimationem faceret, ſoluat æſtimationem, quam ipſe faciebat malitioſè.

De venditione rerum mobilium,& immobilium in fraudem vſurarum. Rub. XXIII.

STATVIMVS, & ordinamus,ꝙ ſi quis alienauerit rem mobilem,vel immobilem alicui,& emptor, vel alius pro eo volente,vel ſciente ipſo permiſerit ipſam rem vẽditam,vel alienatam reſtituere alienanti infra certum tempus, ſi venditor,vel alienator reſtitueret precium cõuentum, & hoc probari poſſit per inſtrumentum, vel teſtes legitimos, cum talẽ contractum præſumamus pignoratitium,& vſurariũ ordinamus,ꝙ Poteſtas,& eius Vicarius, ſeu alij Rectores Communis Caſtri Fidardi facta fide coram eis cogat perſonaliter illum,cui res eſt vendita,vel alienata,& fideiuſſores eius reſtituere alienãti ſine lite,& plato, & capitibus ſol.rem talem venditam, vel alienatam,non obſtante ſi tempus reſtituendæ pecuniæ eſſet elapſum. Item volumus, ꝙ ſi aliquis noſter terrigena conuentus eſſet, vel conueniretur pro aliquo debito,vel contractu ex quacunque cauſa, vel contrahendo cum aliquo vſurario, vel qui vſuras aliquas recepiſſet,& qui contraxiſſet ſecum vſuras pro ipſo debito perſonaliter non cogatur, nec in banno ponatur,& ſi hactenus in banno poſitus fuerit,ſit à tali banno penitus abſolutus. Et prædicta etiam dicimus in prædictis, & omnibus debitis vſurarijs obſeruari, & pro ipſis nullus perſonaliter, vel realiter compellatur,& ſufficiat probare per famam publicam,ꝙ ipſi ſint fœneratores,vel conſueuerint fœnerari,& ſit vſurarium debitum. Item dicimus, ꝙ oppoſita exceptione vſuraria contra aliquod bannum datum ad petitionem alicuius vſurarij, ꝙ dictum bannum non currat, nec vigorem aliquem habeat, vt ex eo accuſatio fieri poſsit,donec fuerit declaratum vtrum fuerit vſurarius ille, ad cuius petitionem dictum bannum datum eſt.

De licentia danda alicui intrandi poſſeſsionem. Rub. XXIIII.

HAC lege perpetuo valitura firmamus, ꝙ quicunq; adeptus fuerit aliquā rem immobilē quocunq; titulo de iure, præterquā hæres ex teſtamento, & hæredes qui dicuntur ſui, ſcilicet liberi, qui eſſent in poteſtate parentū defunctorum non audeat, neq; præſumat poſſeſsionē ingredi, nec eā apprehendere dictæ rei, ſine licentia Rectoris, quā petere debeat infra tres menſes, poſtquā fuerit ſibi acquiſita, vel ſibi notū fuerit ipſam rem ad eū pertinere, ꝙ ſi aliter ingredietur poſſeſsionē talis rei, vel dictā licentiam non peteret infra dictū tempus trium menſiū cadat, & priuetur omni ſuo iure, quod haberet in dicta re, & eius rei titulus habeatur pro ficto, & ſimulato, & ſit nullius valoris. Hoc declarato, ꝙ dictus Rector teneatur dictā licentiam petenti dare, & concedere, prius pro petente dictā licentiam emananto bannimento publico ad ſtangam iuris, ꝙ quicunq; vult dictæ licentiæ cōtradicere peremptoriæ compareat corā noſtro Rectore infra tres dies cum ſua contradictione, quare dicta licentia dari non debeat, ꝙ ſi nullus cōtradixerit infra terminū prædictum, dictus Rector dictā licentiā dare debeat. Si verò infra tres dies poſt bannimentum aliquis contradixerit, debeat Rector dicto contradicenti ad petitionem partis ſtatuere terminū decē dierū ad iuſtificandū dictā contradictionē, infra quē terminū ſi non iuſtificauerit, & plenè de iure ſuo nō probauerit, habeatur, ac ſi non eſſet contradictū, & dicta licentia detur, & concedatur, vt ſupra dictū eſt. Quia iſtud ſtatutum periculoſum eſt, mandamus publicari die prima poſt introitū cuiuslibet Prætoris.

De venditione rerum mobilium, & ipſarum pretio incontinenti ſoluendo. Rub. XXV.

QVICVNQVE vendiderit aliquam rem mobilem, vel immobilē alicui in Terra Caſtri Fidardi, vel eius diſtrictu, teneatur ipſam rem tradere, & defendere, & ad hoc perſonaliter cōpelli, & poſſit inſuper ad preciū ſoluendū ad voluntatē venditoris emptor etiā conſtringatur, ac ſoluere debeat incontinenti ſine libelli oblatione, & abſq; omni mora, facta rei traditione, vel ſi per venditorē nō ſteterit, quo minus rei poſſeſsio vacua ſibi tradatur, non obſtantibus diebus feriatis: nec audiatur emptor, vel vēditor volens duplicare arras, vel relinquere; ſaluis tñ pactis, & conuentionibus habitis inter eos: dum tñ poſt Indutias datas, & finitas perſonaliter debitor vrgeatur. Item dicimus obſeruandum in illis, qui accipiunt oliuas pro oleo dando, & ꝙ abſq; libelli oblatione, & ſtrepitu iudicij ad dandū oleum bonum cogātur, vt ſuperius dictū eſt de alijs rebus mobilibus. Itē dicimus obſeruandum in his qui oliuas colligūt ad coptumum, & in penſionibus, ſiue naulis, tam domorū, q̃ ortorum. Prædicta verò pro his qui fœnerātur, vel fœnerari conſueuerunt locū non habeant: nec in contractibus, qui in fraudem vſurarum conficiuntur, nec pro his, qui res mobiles indebitant ante tēpus, & ad probandū, ꝙ ſint fœneratores, vel cōſueuerint fœnerari ſufficiat probare per famā illius cōtradæ duorū, vel trium teſtiū legalium depoſitione, ꝙ fama ſit in contranda, ꝙ ipſi cōſueuerint fœnerari. Itē ꝙ in ipſa ſummaria cognitione nulla petitio offeratur in ſcriptis, nec in quaterno Notarij ſcribatur, nec cogatur facere ſcribi in quaterno: nec etiam litis conteſtatio celebretur, ſed teſtes, & probationes recipiantur ſine aliqua litis conteſtatione, receptis ſemper capitibus ſolidotum in caſibus in quibus ſolui debent per formam ſtatuti, poſiti ſub Rubrica de ſummarijs, cognitionibus, & idem intelligatur in vecturis, & coptumis.

De bonis minorum xxv. annis non alienandis, niſi certa forma ſeruata. Rub. XXVI.

MINORVM facilitati occurrere intendentes, ſtatuimus, ꝙ venditiones, permutationes, ac alienationes quæcunque, ac obligationes omnes, remiſsiones, ceſsiones, quietationes quaruncunq; rerū iurium, & actionum ſub quacunq; forma contractuum, vel verborū à minoribus xxv. annorū, pupillis, vel adultis, ſeu à tutoribus, & curatoribus eorum ſeparatim, ſeu ſimul factæ ſint, intelligantur quoad omne ipſorum minorū præiudicium ipſo iure nullæ, iuramento, & alijs quibuſcunq; non obſtantibus, & tāquā doloſè, & in fraudem extortè, doloſè, & in fraudē abſq; aliqua probatione præſentis ſtatuti auctoritate eſſe intelligantut, & ſint, & ipſo iure præſumātur ad pernitiem, & dānum ipſorum minorum factæ, niſi minores contrahant, alienēt, ſe obligent, remictant, & quietent cum auctoritate eorum tutorum, curatorū, ſeu adminiſtratorū ſub iuramento corporaliter præſtito, & cū præſentia, aſſenſu, & volūtate duorū proximiorū conſanguineorū vnius ex latere patris, alterius ex latere matris, ſi eos habent, alias ex vno latere tñ ſi habent, alias cū præſentia, & cōſenſu duorū bonorū virorū eligendorū per Dños Poteſtatē, & Priores, & cū decreto D. Poteſtatis, ſiue eius Vicarij, & inſinuatione infra decē dies fienda per Vicarium Dñi

Poteſta-

Poteſtatis in actis cauſarum ciuilium. Et idem dicimus obſeruandũ in quibuſcunq; contractibus prodigorũ,& mente captorum. Excipimus tamen à prædictis illas perſonas quãtuncunq; minores, vel alias,ſi dictæ condictionis exiſtant,qui cum aliqua perſona contraherent,ſeu contraxiſſent ſe obligando per pactum,vel promiſsionẽ ad ſeruiẽdũ pro familiari, vel aliter cũ ſua perſona ad ſeruitiũ alicuius habitatoris Caſtri Fidardi, ſeu eius diſtrictus ; necnon perſonas contrahentes in caſu quo aliqua filia,neptis ex filio, vel deinceps paciſceretur cũ patre,auo,& deinceps de non habendo regreſſum ad ſucceſsionem,& bona paterna,ſeu materna ſub quibuſcũq; obligationibus,vel ſpeciebus cõtractuũ, in quibus caſibus ſupradictã formã locũ volumus nõ habere,ſed ꝙ potius licitè,& impunè fiãt,& valeãt,ẽt omiſſa forma prædicta.

De tutoribus,& illis qui primo debeant admitti ad tutelam. Rub. XXVII.

ITEM ſtatuimus,& ordinamus,quòd propinquior conſanguineus, vel in tertio gradu,dũmodo inueniatur ſufficiẽs primo ad tutelã pupilli,vel pupille admittatur,ſi petitũ fuerit dari à Poteſtate,vel eius Vicario. Saluo ꝙ mater,& auia primo ad tutelã admittantur,ſi non ſint nuptæ, & ſi eã recipere voluerint. Et ſi dicta mater,vel auia pupilli,vel pupille receperit tutelã,addatur ei proximior cõſanguineus ex parte patris; dummodo reperiatur ſufficiens,vel detur in prouidentia Dñi Poteſtatis,qui tutor gerat vnà cum ipſa matre,vel auia pupilli,vel pupille: ſaluis oĩbus & ſingulis ordinatis à patre, & auo pupillorũ, vel pupillarũ. Addimus inſuper,ꝙ tutores prædicti teneantur,& debeant pœna xxv.lib.deñ.nõ accedere ad adminiſtrationem tutelæ,nec quicquam de his attingere,niſi prius ſolemniter inuentario facto.

Qualiter contutores addantur. Rub. XXVIII.

ORDINAMVS, ꝙ ſi aliqui pupilli,vel pupillæ habuerint tutores de conſanguineis ex parte patris,addatur alius curator de conſanguineis ex parte matris:& ſi habuerint tutorẽ de cõſanguineis ex parte matris,addatur ſibi ali⁹ cõtutor de cõſanguineis ex parte patris infra tres dies poſtquã iudici fuerit nunciatũ. Addimus,ꝙ ſi pupillus habuerit tutorẽ teſtamentariũ nõ addatur ipſi pupillo alius cõtutor.

De ratione reddenda à tutoribus,& curatoribus. Rub. XXIX.

TVTORES, & curatores quibuſcunq; perſonis conſtituti ad petitionem duorum proximiorũ cõſanguineorũ eorum quibus tutores,ſeu curatores ſint conſtituti, ſeu ad petitionem defenſorũ iuriũ pupillorum à noſtro Cõi electorum infra menſem pœna xxv.lib. deñ. requiſiti ſuæ adminiſtrationis reddere teneantur rationem.Ex cuius rationis redditione ſi inuenti fuerint ſuſpecti gerendo inutilia,& vtilia negligendo,perſonas,& res malè tractando,bona ſine legitima cauſa minuendo, remoueantur per Poteſtatem,in locum eorum alijs idoneis legitimè conſtitutis. Teneãtur etiam tutores prædicti, & curatores: tutrices,& curatrices quolibet anno de menſe Ianuarij reduci facere in ſcriptis in publicam formam omnes introitus,& exitus cum inuentario per eos confecto,& coram Poteſtate,& Vicario,ſiue Cancellario, & dictis duobus defenſoribus iuriũ pupillorũ, qui pro tempore fuerint de menſe Ianuarij quolibet anno producere teneantur. Qui Vicarius dictos exitus, & introitus cum copia dicti inuentarij in vno libro debeat regiſtrare. De quibus inuentario,introitibus, & exitibus, & omnibus dependentibus copiam facere teneatur,vt ipſorum pupillorũ clarius iura videri poſsint, & ſciri. Et ſi prædicti tutores,& curatores, vel aliquis eorum inuenti fuerint non benefeciſſe,& adminiſtraſſe eorũ officium,ſiue dolum,vel fraudẽ cõmiſiſſe in eo,à dicta tutela,vel cura remoueantur,& alius, vel alij dentur ſecundum formam ſuperius declaratam. Et ſi prædicti tutores, & curatores prædicta non fecerint, ſiue facere neglexerint pœna x.lib. deñ.pro quolibet,& vice qualibet incurrant. Et nihilominus ad petitionẽ cuiuslibet cõſanguinei pupilli, vel pupillæ,ſeu dictorum duorum defenſorum quandocunq; petitum fuerit, prædicta facere teneantur:& finita dicta tutela,vel cura,dicti tutores,ſeu curatores teneantur,& debeant,& cogantur reddere rationẽ cum integra ſatisfactione ſine figura,& ſtrepitu iudicij.

De curatore prodigi,ſeu furioſi,vel mente capti. Rub. XXX.

FVRIOSO, ſeu de menti cuiuſcunq; ætatis,& prodigo xxv. ann. maiori bona paterna,vel propria diſsipanti ad requiſitionẽ,& petitionẽ duorũ proximiorũ cõſanguineorum,aut duorũ defenſorũ iuriũ pupillorũ vn⁹ ex dictis cõſanguineis idoneis facultatib⁹,& moribus ꝑ iudicẽ cõſtituatur curator,ſine cuius cõſilio,& voluntate nihil poſsit regere,cõtrahere,alienare,vel ſe in aliquo obligare,& ad notitiam

peruenіat ſingulorum ad petitionem curatoris conſtituti commiſsione Iudicis præueniente, ſeu duorum tutorum defenſorum banniatur per Terram Caſtri Fidardi, quòd nullus cum eo contrahat, vel ſibi eum obliget: cùm ei fuerit bonorum adminiſtratio interdicta.

Quod nulla mulier cogatur intrare Palatium, occaſione cauſæ ciuilis, vel criminalis. Rub. XXXI.

STATVIMVS, quòd nulla mulier, quæ non ſit malæ condictionis,& famæ cogatur inuita intrare Palatium Cõmunis,& per ipſum accedere aliqua de cauſa, ſed Poteſtas, ſeu eius officiales teneantur ad eas ire ad loca in ſtatuto cõtenta in ciuilibus,& criminalibus cauſis; criminales intelligendo eas, in quibus pecuniaria pœna imponitur, nec etiam pro aliquo teſtimonio reddẽdo, ſed Rectores,& officiales teneantur, & debeant in cauſis, & quæſtionibus prædictis ſuper articulis à muliere exigere iuramentum, & eas mittere ad aliquem locorum infraſcriptorum, in electione ipſarum mulierum, aut Procuratorum earum, & cuiuslibet earum: videlicet ad Eccleſiam Sancti Franciſci, Sancti Stephani, aut ad ipſa loca, ſeu Eccleſias in quibus officiales,& mulieres communiter,& concorditer elegerint. Et ſi in alijs locis, quàm prædictis, aut in Palatio Cõmunis procederent contra aliquam mulierem, ipſa muliere inuita, proceſſus non valeat, nec teneat, nec proſit, nec noceat alicui,& prædicti Rectores,& alij officiales teneantur hoc obſeruare, pœna, & banno decem librarum deñ. pro quolibet, & qualibet vice, qua officiales contrafecerint, vel Rectores.

De cautela fienda de dote recepta. Rub. XXXII.

ITEM, ſtatuimus, & ordinamus, ꝙ ſi quæ perſona promiſſerit, vel promiſiſſet alicui mulieri, vel alij, vel alteri perſonæ recipienti pro ipſis, vel aliqua ipſarum facere aliquam cautelam de dote recepta, vel recipienda, Poteſtas Caſtri Fidardi, vel eius Vicarius teneatur talem perſonam cogere ad prædicta obſeruanda ſine libelli oblatione,& litis conteſtatione,& capitis ſol. ſummariè ſine ſtrepitu, & figura iudicij,& ſolemnitate iuris qualibet prætermiſſa.

De renunciationibus factis a mulieribus. Rub. XXXIII.

RENVNCIATIONES, & confeſſiones factæ ſuper bonis paternis a mulieribus puberibus maioribus, vel minoribus, patribus à filiabus ſuis tempore patris, vel poſt mortem ipſius, aut nepotib⁹, ſiue patruis, etiam ſine iuramento firmè habeantur. Quæ renunciationes factæ patribus valeant filijs, & hæredibus ſuis, ſicut valebant ipſis patribus occaſione contractuum matrimonij; & hoc locum habeat, tam in præſentibus, quàm in futuris.

De renunciationibus mulierum dotatarum. Rub. XXXIIII.

DICIMVS, & firmiter ordinamus hoc ſtatuto perpetuò valituro, vt ſi filiæ ſine conſenſu patris, vel patre præmortuo, ſorores ſine requiſitione fratrum, vel fratris cum rogatione Notarij, teſtiumq; facta, ad domum mariti fuerint traductæ, ſiue iuerint ſponte, ſiue poſtea habitauerint, præciſe teneantur patribus facere, vel fratribus ſuis,& eorum deſcentibus inſtrumentum renunciationis, & quietationis,& refutationis de omnibus bonis paternis, & maternis infra ſpatium duorum menſium poſtquam iuerint, vel traductæ fuerint ad domum mariti ad ſenſum ſapientis, patris, vel fratris eius, filiæ, vel ſororis: dummodo dotatæ fuerint, ſeu dotentur per ipſum patrem, vel fratres competenter perſonarum facultatibus, ac dignitatibus inſpectis, & ſi tunc non fecerint, pro facta habeatur dicta renuntiatio, & quietatio de dictis bonis paternis,& etiam maternis, ac ſi per eam filiam patri, vel fratri, vel filio fratris expreſsè facta fuiſſet vigore,& fortitudine per præſens ſtatutum eidem attributa; & hæc eadem quæ dicta ſunt de patribus contra filias, eadem de fratribus, & filijs fratrum circa ſorores ſuas obſeruentur. Hocque locum habeat in temporibus præſentibus, & futuris. Super rebus autem quæ dicuntur amotæ per filium, vel filiam, vel alium de domo patris, aut fratris teneantur inquirere Poteſtas,& officiales Cõmunis iuramento recepto petente fratre, vel patre, vel alio parente ſine libello, & conteſtatione litis, & ſtrepitu iudicij,

& com-

& compellere admouentem ad reſtituendum eas, etiam ſi per ſemiplenas probationes inuenerint eas admotas. Et hæc omnia locum habeant in præſentibus temporibus,& futuris.

De renunciationibus factis à mulieribus de bonis paternis,& maternis. Rub. XXXV.

STATVIMVS, & ordinamus,quòd ſi aliqua mulier renunciationem fecerit patri ſuo de bonis paternis,& maternis,aut vtrique tempore nuptiarum,vel quandocunque, & pater poſtea ſine filijs legitimis, vel nepotibus natis ex filio maſculo deceſſerit,dicta renunciatio filiæ non noceat, ſed perinde ſit, ac ſi facta non eſſet,& locũ habeat in iam factis renuntiationibus præſentibus,& futuris.

De renunciationibus factis à mulieribus in contractibus mariti. Rub. XXXVI.

SIQVA mulier maior,vel minor xxv. annis ſuæ poteſtatis renunciauerit iuri ipothecarum in cõtractibus mariti,vel ſi minor dummodo pubes renũciauerit,& iurauerit aliqua ratione, vel occaſione nõ contrauenire,illa renunciatio,& iuramentũ valeant,& rata habeantur tali forma, quòd mulieres non decipiantur in dotibus ſuis: & hoc locum habeat tam in præſentibus temporibus, quàm futuris. Reſeruato tamen beneficio reſtitutionis in integrum,tam dictis minoribus,quàm mulieribus in caſu enormis,vel enormiſsimè læſionis.

De tertia parte dotis apud virum remanenda, & quòd mulier non poſsit contrahere ſine conſenſu viri. Rub. XXXVII.

CONGRVVM iuri,& naturali æquitati videtur, vt qui onera matrimonij, quæ viri ſubſtinent, multis grauantur expenſis, ſibi recompenſatio fiat, nec grauentur ad totius dotis integram reſtitutionem prædecedente vxore. Ideoque propter ipſam æquitatem ſequendam,præſenti ſtatuto firmamus, quòd ſi matrimonium contingat diſſolui per mortem mulieris, filijs, vel filiabus ſuperſtitibus non relictis,aut relictis,ſed ad pubertatem non venientibus, quocunq; pacto inter eos venerit, vel conuentio habita fuerit, in contrarium non obſtantibus, vir, ſeu dotem recipiens tertiam partem dotis conſtitutæ in rebus mobilibus,ſiue immobilibus, & in omnibus alijs rebus, & bonis aduenientibus, & pertinentibus dictæ vxori quacunque de cauſa, conſtante matrimonio, dictus vir apud ſe retinere poſſit. Nec ad ipſam tertiam partem reſtituendam auctoritate præſentis ſtatuti aliqualiter teneatur. Volumus etiam, & ordinamus, quòd nulla mulier conſtante matrimonio, poſſit, nec debeat dare,alienare,donare, ac vendere,nec cõcedere alicui dotem ſuam,nec aliqua alia ſua bona,ad ſe pertinentia, ſeu ſpectantia quocunque iure,modo,vel cauſa: nec contrahere cum aliquibus,ſine expreſſa licentia,præſentia,& conſenſu ſui viri, & trium proximiorum conſanguineorum,ſi extiterint,vel ſaltem vicinorum,& ſi aliter fieret,non valeat, nec teneat vllo modo; poſſit tamen dicta mulier teſtari,& teſtamentum facere de duobus tertijs dictorum bonorum tantùm.

Quod fructus in re dotali non computetur in dotem. Rub. XXXVIII.

STATVIMVS, & ordinamus,quòd ſi alicui pro dote danda,vel reſtituenda tota,vel parte obligata fuerit res immobilis aliqua iure pignoris,fructus ex ea re obligata percepti,vel qui potuerũt percipi,illi cui obligata eſt acquirantur,& in ſortem dotis minimè computentur,& quicunque eſſent,& reperirentur,donec de dote danda,vel reſtituenda fuerit integrè ſatisfactum: & hoc intelligatur ſi quãdo inter partes fuerit communiter actum, vel per Curiam fuerit alicui adiudicata ex ſecundo decreto aliqua res immobilis pro dote, vel pro parte dotis danda, ſeu reſtituenda,ipſa res,& fructus ipſius rei obligatæ totaliter acquirantur illi cui dicta res eſſet obligata,& adiudicata.

De mulieribus ad ſecundas nuptias tranſeuntibus,vel aliter luxuriantibus. Rub. XXXIX.

SIQVA mulier poſt mortem viri in adminiſtratione filiorum remanſerit,deinde ad ſecundum matrimonium tranſierit,maiori dote conſtituta,ſeu data ſecundo viro, quàm habuerit à primo,niſi legitimè pro-

me probauerit id quod ſupra dotem primi viri dederit, vel promiſſerit ſecundo viro aliunde ſibi aduenisſe, vel habuiſſe præſumatur de bonis filiorum ipſornm ipſam habere: ideoque ipſis ſuis filijs, vel filiabus integrè reſtituere cogatur. Sed ſi vir vxori ſuæ vſumfructum, vel habitationem reliquerit ipſa ad ſecundas nuptias tranſeunte, concubitum, vel adulterium committente, vel aliter luxuriante ipſum vſumfructum, & habitationem ipſo facto amittat, & authoritate præſentis ſtatuti cum proprietate recõſolidetur; ipſumque vſumfructum, & habitationẽ proprietarius ſine alicuius requiſitione capere valeat, & retinere.

De muliere dotata. Rub. XL.

HAC noſtrà ſanctione firmiter ſtatuimus, & ordinamus, quòd mulier dotata, ſeu cui dos relicta foret ab aliquo aſcendentium, ſeu a fratre carnali, conſanguineo, vel vtrinque coniuncto, ei eam dotanti, ſeu dotem relinquenti ab inteſtato non ſuccedat, ſed ſua ſit dòte contenta ſi ex aſcendente dotante ſuperſit filius maſculus, ſeu nepos, vel pronepos ex filio maſculo, vel frater carnalis conſanguineus, ſeu vtrinque coniunctus ex ipſo aſcendere, vel fratre dotante, ſeu frater carnalis conſanguineus. Quæ dos mortuo dotante in dotatam conſolidetur, & ipſius dotatæ libera fiat ſtipulatione, pacto, conuentione de dote reſtituenda, & alijs in contrarium facientibus, non obſtantibus quibuſcũque. Si verò cum fratribus poſt mortem aſcedentium mulier remanſerit, & dotata non fuerit, ſeu ei dos relicta non ſit per ipſos aſcendentes, ſeu alterum eorum ad cuius ſucceſſionẽ vnà cum fratre, vel fratribus ipſa mulier vocaretur, frater, ſeu fratres ipſam dotare idoneæ ſecundũ facultates eorum, & ſecundũ qualitatem perſonarum, obligati ſint, & ſemper frater, ſeu fratres conuenienter puellam interim antequam nubat nutrire, alereque teneantur, & in dote danda non poſſit apponi aliquod onus, & appoſitum non teneat circa dotem reſtituendam, vel aliter, ſed libera ſit, & eſſe intelligatur dos ipſius dotatæ, conuentione, ſtipulatione, & alijs in contrarium facientibus non obſtantibus quibuſcunque; idem in filia, & nepte ex fratre, ſeu fratribus præmortuis ante mortem aſcendentis, & de cuius bonis agitur, & reliquis deſcendentibus ex ſorore, ſeu ſororibus præmortuis maſculis, ſeu fœminis ad ſucceſsionem aſcendentis, ſeu aſcendentium vnà cum fratre, vel fratribus ab inteſtato venientibus; maſculi tamen ex ſorore, vel ſororibus deſcendentes, ea ſint portione contenti, qua ſi forent fœminæ dotarentur. Vbi autem de qualitate, & quantitate dotis dandæ, vel aſſignandæ contentio oriretur, declarationi duorum proximiorum conſanguineorum vtriuſque partis, ſi extent, vel duorum communium amicorum declarationi ſtetur, ad quam faciendam ad inſtantiam cuiuslibet partis per poteſtatem infra triduum compellatur, pœna decem librarũ denariorum, quæ locum habere dumtaxat volumus in ſucceſſionibus in futurum deferendis; non autem in præteritis, vel pendentibus.

De decedentibus ab inteſtato ſine filijs. Rub. XLI.

ITEM ſtatuimus, & ordinamus, ꝙ ſi aliquis, vel aliqua de terra Caſtri Fidardi, & eius diſtrictu decedat inteſtatus, vel inteſtata ſine filijs legitimis, quòd omnia bona, & iura ſic ab inteſtato morientis deueniant, & deuoluantur in ſic decedentis ab inteſtato propinquiores conſanguineos ex pàterna, vel aui paterni linea deſcendentes, cum ſatis ſit conneniens rationi, quòd talia bona reuertantur ad eum ſtatum: vnde principium habuiſſe noſcuntur, & in omnibus, & ſingulis caſibus huius ſtatuti authoritate, inteſtatus intelligatur, ſeu ab inteſtato mortuus, etiam ſi ſit pupillus, cui nõ eſt facta idonea ſubſtitutio, & etiam quiuis alius inhabilis ad teſtandum de iure communi.

De ſubſtitutionibus. Rub. XLII.

STATVIMVS, & ordinamus, quòd omnis ſubſtitutio in teſtamentis, codicillis, & vltimis voluntatibus facta à parentibus, aſcendentibus, vel alijs quibuſcunque, ſemper ſit, & eſſe intelligatur directa ſi euidens in contrariũ voluntas non apparuerit diſponentis, & ꝙ quilibet cuilibet poſſit directò ſubſtituere in quacunq; ætate, & ſemper ſit, & eſſe directa intelligatur, niſi in contrariũ euidens voluntas appareret, vt dictum eſt, tam in hæreditatibus, quàm in particularibus relictis, ſeu fideicommiſsis, & alijs vltimis voluntatibus, & diſpoſitionibus quibuscunque. Et ſubſtitutio huiuſmodi intelligatur de rebus ſubſtituentis, quo ad puberes, vel maiores. Quo autem ad impuberes, intelligatur etiam quo ad bona aliunde quæſita.

quæſita, ſi ſubſtitutio facta ſit ab eo qui poſsit pupillariter ſubſtituere, quo ad bona aliunde quæſita. Quo ad bona autem ſubſtituentis omni caſu intelligatur directa, legitima iure naturæ debita tantummodo ſemper ſalua.

De negatione, & probatione filiationis, & paternitatis, vxoratus, notariatus, & ſimilium. Rub. XLIII.

QVISQVIS in agendo, & defendendo, vel quolibet in iudicio reſpondendo, negaret paternitatẽ, maternitatem, filiationem, fraternitatem carnalem, vxoratum, ſiue matrimonium, vel etiam negaret notariatum alicuius, ſi poſtea reprobatum fuerit per publicam vocem, & famam à duobus, vel pluribus idoneis teſtibus affirmantibus, ſiue dicentibus publicam vocem, & famam fuiſſe, & eſſe, quòd aliqua perſona fuerit alterius perſonæ, pater, filius, mater, frater, vel ſoror carnalis, maritus, vel vxor, vel quòd aliquis fuerit publicus Notarius, vel ipſæ perſonæ, ſeu ipſarum aliqua fuerint in poſſeſſione, vel quaſi iuris alicuius attinentiæ de prædictis: videlicet matrimonij, paternitatis, filiationis, maternitatis, fraternitatis, vel etiam artis, & officij Notariatus, vel ſi dictæ perſonæ inter ſe habuerint, & tractauerint, ſiue ſe reputauerint, & communiter ab alijs, & maximè à vicinis ipſarum ſic habitæ, & reputatæ fuerint. Volumus, & præciſè firmamus, quòd talis probatio habeatur, & reputetur, & intelligatur pro vera legitima plena, & ſufficienti in omni cauſa, & caſu, niſi per partem aduerſam contrarium legitimè oſtẽdatur, ſiue probetur. Nihilominus perſona negans prædicta, vel aliquod prædictorum per talem probationem conuicta in iudicio, ſeu foro, vel coram arbitris, & arbitratoribus pœna decem librarum denariorum pro quolibet, & vice qualibet puniatur ſine aliquo proceſſu ex Poteſtatis officio, vel etiam ad petitionem partis contra quam negatio facta foret.

De ceſsionibus, & donationibus. Rub. XLIIII.

ITEM duximus ſtatuendum, ordinandum, & præſenti ſtatuto firmandum, quòd omnis donatio, ſeu ceſsio bonorum in præteritũ facta, in præſenti, ac in futurum facienda per aliquos, vel aliquas Caſtri Fidardi, vel eius diſtrictus, ſiue cuiuſcunque alterius loci, ſeu terræ, de qua donatione, ſeu ceſsione eſſet ex fama publica ſiniſtra ſuſpicio falſitatis, quod ſi probabitur per decem idoneos, bonos, & fideles viros, & omni exceptione maiores dictam donationem, vel ceſsionem, ſeu alteram earum ex fama publica eſſe falſas, & ſuſpectas, quòd dicta probatio prædictorum decem virorum de fama prædicta habeatur pro plena, & legitima probatione de falſo, & quòd dicta donatio, & ceſsio, vel altera ipſarum ſic probata de falſo ex fama publica per dictos decem viros ſint nullius valoris, vel momenti, & tanquam falſæ reijciantur. Et eas, & ipſarum alteram producens, vel producentes, & falſarius, & falſarij repellantur. Statuentes inſuper, quòd omnes donationes, tam inter viuos, quàm cauſa mortis, ſeu ceſsiones generales omnium bonorum, ſeu ſpeciales ſpecialium rerum, vel bonorum, quæ factæ fuerint in præteritum, & quæ fierent in præſenti, vel in futurum per aliquem, vel aliquem de Caſtro Fidardo de eorum bonis cuicunque, ſeu quibuſcunque de dicta Terra, vel eius diſtrictu, ſiue alio quocunque loco, recto, & clato modo procedant, & valeant ſine aliquo ſcrupulo falſitatis. Et quòd ſingulæ prædictarum donationum, ſeu ceſſionum regiſtrentur in aliquo quaterno Communis Caſtri Fidardi per aliquem Notarium de dicta Terra legalem, eligendum in Conſilio generali dictæ Terræ ad præfatas donationes, ſeu ceſsiones in dicto quaterno regiſtrandas expenſis donatariorum, & de voluntate donatorum infra quindecim dies à tempore celebratæ donationis, ſiue ceſsionis. Et hoc in donationibus, ſiue ceſsionibus de præſenti factis, vel de futuro faciendis: ſed in iam factis, & præteritis infra quindecim dies à tempore publicationis præſentis Statuti: alias ſi aliqua prædictarum donationum, ſeu ceſsionum non inueniretur regiſtrata per dictum Notarium in dicto quaterno infra dictum terminum, & vt dictum eſt ſupra, ſit ipſo iure nulla, & nullius valoris, vel momenti, & habeatur pro falſa, & ſi quis ea non regiſtrata, vt dictum eſt ſupra, vteretur, condemnetur de falſo in quinquaginta libris denariorum dicto Communi applicandis ſine remiſsione aliqua, tam vtens, quàm etiam dictus Notarius, dictam donationem non ſcribens. Quod ſtatutum locum nõ habeat in contractibus, vltro, citroque obligatorijs, in quibus Notarij apponunt clauſulam illam: videlicet ſi res pluris valeret donat. &c.

De Notario qui debet ſcribere aliquod inſtrumentum. Rub. XLV.

SI tabellio rogatus fuiſſet, vel fuerit ſcribere aliquod inſtrumentum, ſi ille ad quem pertinet inſtrumentum conqueri voluerit de Notario, vt ſcribat illud, Rectores teneantur, & debeant cōpellere Notarium, vt ſua fide ſcribat illud cum ſalario competenti. Si verò infra annum contractus ſcriptus, & publicatus non fuerit, & per Notarium ſtaret, eoquod interpellatus non ſcripſerit, & non publicauerit, nihil pro remuneratione protocoli Notarius recipiat; & ſi deſcriptum fuerit pro publicatione inſtrumenti libertatem habeat quinque ſolidorum, & de teſtamento ad arbitrium Iudicis, ſi Notarius non fuerit in cōcordia cum illo qui fecerit publicari. Item quòd ſi Tabellio infra decem dies poſt requiſitionem ſibi factam, & traditionem cartæ, ſi inſtrumentum non publicauerit, & non reſtituerit illi, qui petierit, & ad quē inſtrumentum pertineret, facta ſatisfactione mercedis competentis condemnetur in viginti ſolidis denariorum, ad quam pœnam ſimiliter teneatur petens ſibi inſtrumentum fieri, ſi infra decem dies dictum inſtrumentum non receperit, & integrè Notario non ſatisfecerit.

De copia inſtrumenti diuiſionis danda. Rub. XLVI.

STATVIMVS, & ordinamus, quòd ſi quis habuerit inſtrumentum alicuius diuiſionis, & aliquis ad quem ſpectaret dictum inſtrumentum aliqua occaſione perierit copiam dicti inſtrumenti, teneatur habens dare copiam ſibi expenſis petentis, & poteſtas cogat ipſum ad faciendum dari, ſi Notarius, qui ſcripſit dictum inſtrumentum eſſet defunctus.

Quòd plena fides adhibeatur rogitis ſicut inſtrumentis publicis, & de pœna negantium aliquem eſſe Notarium. Rub. XLVII.

ITEM ſtatuimus, & ordinamus, quòd rogita manu publica ſcripta fidem faciant in iudicio producta, vt inſtrumenta publica, & ipſis rogitis productis plena fides adhibeatur, ſicut inſtrumentis publicis, & & quicunque opponeret contra ipſa rogita, vel inſtrumenta, negādo eſſe Notarium illum, qui ſcripſit, & ille producens, contra quem opponeretur, produceret quatuor inſtrumenta publica per eundem ſcripta vno menſe ante, vel plus temporis ante ipſa inſtrumenta, vel rogita, talis exceptio non obſtet, & ſoluat pœnam decem librarum denariorum, vel probaret per quatuor teſtes bonæ conditionis, & famæ, quòd dictus Notarius ſit Notarius publicus, & in poſſeſſione artis notariæ, & ipſam artem exercuerit.

De protocolis Notarij defuncti. Rub. XLVIII.

SI Notarius defunctus non commiſerit alicui Notario ſua protocola, Conſilium generale noſtri Communis committat vni Notario, cui voluerint hæredes defuncti, & inſtrumenta, quæ ſcripſit firma habeantur, perinde ac ſi à Notario, qui rogatus fuit ſcripta eſſent, & poſtquam commiſſa fuerint infra octo dies illi Notario dare, & conſignare hæredes teneantur ad pœnam decem librarum denariorum, & Notarius, cui commiſſa fuerint protocola poſſit participare omne lucrum, quod ex ipſis protocolis receperit cum hæredibus Notarij defuncti hoc modo: videlicet, quòd medietatem lucri percipiant hæredes, & alteram medietatem Notarius ad quod lucrum per ſoluendum Poteſtas Caſtri Fidardi cogat dictum Notarium de facto ſine aliqua iuris ſolemnitate vinculo iuramenti, de quibus protocolis fiant duo inuentaria, quorum vnum remaneat apud hæredes, & alterum apud Notarium, ad hoc, vt fraus aliqua committi non poſſit: & ſi protocola prædicta continerent aliquos contractus, qui pertinerent ad illum Notariū, cui protocola committerentur, teneatur, & poſsit Poteſtas Caſtri Fidardi, qui pro tempore fuerit cōmittere ad ſcribendum alij Notario ſine requiſitione, & cōſenſu Conſilij generalis ad voluntatem ſuam. Addimus, quòd Notarij quibus commiſſa fuerint rogita, inſtrumenta, & ſcripturæ alicuius Notarij defuncti, vel eius, qui ad aliquam religionē tranſiſſet, vel foret aliquo impedimēto detentus, poſsit ſcribere, & publicare ſine aliqua commiſsione Poteſtatis, vel Rectorum, vel Conſilij Communis Caſtri Fidardi, non obſtante, ꝙ hæredes ſcripti in teſtamento non habuerint hæreditatē, vel ſe non immiſcuerint hæreditati defuncti. Item volumus, quòd de impedimento ſtetur ſimplici verbo Notarij committentis ſine aliqua probatione impedimenti, vel iuramenti.

Notarius cui commiſſa ſunt protocola ſcribat ſecundum formam protocoli. Rub. XLIX.

SI quis Tabellio ad religionem tranſiuerit, vel tranſiuit, vel deceſsit, vel detentus eſſet aliquo impedimento, in ſua vltima voluntate, vel aliter ſua protocola commiſerit, ſtatuimus, quòd ſucceſſor Notarius, & commiſſarius ea publicet, & ſcribat, & illa quæ ſcripſerit, vel ſcripſit, illæſa conſeruentur: ita quòd Notarius ſcribat ſecundum formam protocoli, & ſecundum ſubſtantiã contractus; & poſsit Notarius de prædictis inſtrumentis ſcribere ſecundum conſuetudinem ſuam, quam ſolitus eſt habere in ſuis contractibus ad ſenſum ſapientis illius, ad quem pertinet inſtrumentum, non mutando tenorem contractus in omnibus terminis, & quantitatibus; & ſi in dicto protocolo non eſſet nomen Principis, nihilominus dicta protocola valeant, & teneant, nec propter hoc poſsint aliquatenus infirmari.

De rogationibus Notariorum mortuorum, vel forenſium publicandis. Rub. L.

STATVIMVS, & ordinamus, ꝙ teſtamenta, vltimæ voluntates, cõtractus, & aliæ rogationes, quæcunque alicuius Notarij mortui, vel forenſis, cuius rogita reperirentur in Terra Caſtri Fidardi validæ ſint, & teneant, nec infringi poſsint prætextu ſigni non reperti in dictis rogitibus, & ſubſcriptionis nõ factæ per Notarium, ſi in aliqua parte protocoli, baſtardelli, vel rogationum ipſius Notarij appareret, & perinde exemplari, tranſumi, & publicari poſsint, ſicuti forent ſigno, & Notarij ſubſcriptione munitæ, & perinde obtineant plenam roboris firmitatem, & tranſumptio, exemplatio, & publicatio fieri poſsit per Notarium terrigenam dictæ Terræ per generale Conſilium deputandum, etiam aliquo non citato, & ſine alia ſolemnitate.

De præſcriptionibus. Rub. LI.

CVM vigilantibus, non dormientibus iura ſubueniant; idcirco in fauorem vigilantium, & in odium negligentium, ad expellendum litigioſas infeſtationes, quæ contra poſſeſſores per non poſsidentes plerunque calidæ inferuntur, & ad excitandum creditorum inertiam ad ſua iura ſolertius proſequendum hac deciſione prouiſum eſt. Quod ſi aliquis perſonam aliquam noſtræ iuriſdictioni ſubiectam legitimè habuerit realiter, aut perſonaliter obligatam, teneatur, & debeat ipſum ius, ſiue ipſam actionem intentaſſe omnimodè, & in iudicium deduxiſſe, & ipſam perſonam realiter, vel perſonaliter debitricem, ſiue obligatam iudicialiter conueniſſe infra metam, & tempus quindecim annorum continuorum à die natæ obligationis, ſiue actionis exortæ computandorum: alioquin poſt decurſum tempus quindecim annorum, abſque legitima interruptione continuorum nullatenus audiatur: immo ipſo iure, & facto ſtatim à tali iure, & actione, & ab omni exinde nata obligatione ſit, & eſſe intelligatur excluſus, & in qualibet iudicij parte, tam in exordio, quàm in medio, & in fine, vſque ad difinitiuam ſententiam talis exceptio, & temporis curricula ſibi obſtent: ſaluis tantummodo impedimentis legitimis, & veris, per quæ, vel quorũ aliquod talis perſona volens experiri, vel agere de iure admittenda, vel audienda foret: ſaluo etiam euidenti impedimento facti, vel coactionis, & legitimi motus violentiæ, & terroris per tyrannicam forte, aut manifeſtam ſimilem prauitatem. Item ſaluo impedimento ætatis minoris, cui de iure communi per præſeruationem, vel per reſtitutionem ſoleat ſubueniri. Et ſaluis caſibus repetendarum dotium; in quibus dumtaxat caſibus reſeruatis prædicta quindecim annorum præſcriptio non obſtet, niſi per tempora, in quibus huiuſmodi impedimenta temporis dictæ præſcriptionis connumerari debeat tempus authorum, & prædeceſſorum continuatim legitimè.

De modo, & ordine ſoluendi pro petitionibus, & alijs ſcripturis ad ciuilia pertinentibus. Rub. LII.

ITEM Statuimus, & ordinamus, quòd pro qualibet petitione cuiuſcunque quantitatis exiſtente, & etiam qualitatis, ſoluat petens ſolidũ vnum in cippo Communis. Item pro quolibet iuramento ſolidũ vnum Item pro commiſſione tenutæ cuiuſcunque quãtitatis exiſtat, ſolidum vnum. Item pro præcepto cuiuſcunque quantitatis ſit, ſolidum vnum. Item pro capitibus ſolidorum pro qualibet libra quantitatis petitæ, ſolidum vnum. Item pro quolibet termino, ſolidũ vnum. Item pro deciſione cauſæ per iuramentum,

tum, denarios quatuor pro qualibet libra. Item pro productione cuiuscunque ſcripturæ,ſiue publicatæ, ſiue non,& productione inſtrumenti, ſolidos duos. Item pro qualibet ſententia lata, ſolidos duos, quas ſolutiones faciendas ad banchum iuris in ciuilibus Poteſtas vinculo iuramenti,& pœna decem librarum denariorum de ſuo ſalario mittere faciat in cippum Communis dictæ Terræ Caſtri Fidardi.

De feriatis diebus. Rub. LIII.

STATVIMVS inſuper,& firmiter ordinamus, quòd diebus feriatis in honorem Dei, ſeu ob meſſes,vel vindemias,vel ob aliam cauſam à Conſilio noſtri Communis inductam,Poteſtas,& eius Vicarius ad ius reddendum in ciuilibus cauſis non teneatur, neque reddere debeat, niſi in caſibus à iure,ſeu à noſtris Statutis conceſſis,vel diſpoſitis. Dies autem feriatos eſſe volumus in honorem Dei, omnes,& ſingulos contentos in noſtro Statuto poſito in primo libro,Rubrica de veneratione,& cuſtodia dierum Dominicorum,& Feſtiuorum,& octo dies præcedentes, & octo ſubſequentes Feſtæ Sacratiſsimæ Natiuitatis Domini Noſtri Ieſu Chriſti, & ſuæ Sanctiſsimæ Reſurrectionis, & vnum diem præcedentem, & vnum ſubſequentem Feſtum Apparitionis Sancti Angeli, & dies omnes proceſsionales, & omnes, & ſingulos dies,quibus ob meſſes, vel vindemias feriæ inductæ fuerint per Conſilium generale, & omnes, & ſingulos dies quibus in dictam Terram, vel venerit Legatus, Gubernator, ſeu Rector Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, & alius Prælatus, vel Dominus, qui per Commune honoraretur: reliquos autem dies omnes volumus eſſe iuridicos,& per Poteſtatem,& eius Vicarium teneri banchum, & in eo horis conſuetis ſederi pro tribunali ad ius reddendum. In criminalibus autem cauſis, & etiam in damnis datis, nullos eſſe dies volumus feriatos.

Explicit Liber Secundus.

MVNI-

MVNICIPALIVM LEGVM AC STATVTORVM ECCLESIASTICAE TERRAE CASTRI FIDARDI LIBER TERTIVS.

DE CAVSIS CRIMINALIBVS,

De modo procedendi in maleficijs. Rub. I.

STATVIMVS, & ordinamus, quòd in cauſis criminalibus in quibus proceditur per accuſam, denunciationem, vel inquiſitionem fiat citatio per cedulam, cōtinentem ſummarium dictæ inquiſitionis, denunciationis, vel accuſationis maleficij, de quo eſſet accuſatus, denunciatus, vel inquiſitus ille qui citatur; quæ cædula dimittatur apud citatum, ſi per Bayulum inuentus fuerit perſonaliter, vel apud domum eius ſolitæ habitationis affixa in oſtio domus, præſentibus domeſticis, vel vno alio teſte: ꝙ ſi citatus infra tertiam diem poſt citationem non comparuerit, vel ſe excuſauerit, & fideiuſſerit idoneæ de parendo Curiæ, & ſoluendo condemnationem, faciendam de eo, elapſo dicto termino, ponatur in banno dictæ Terræ Caſtri Fidardi, & eius diſtrictu per publicum præconem dicti Communis ante oſtium Palatij, vbi ius redditur in quantitate in qua deberet condẽnari, & plus, & minus arbitrio Rectoris, vel Vicarij; & in banno prædicto aſsignetur terminus ſex dierum infra quem poſsit comparere, & ſe excuſare, ꝙ ſi non comparuerit infra dictum terminum, dictus rerminus ſit, & habeatur pro peremptorio, & reputetur, & habeatur contumax, & propter dictam contumaciam contra ipſum poſsir procedi ad condemnationem, tanquã contra conuictum, & teſtibus ſuperarum. Si verò contra aliquem forenſem procederetur per accuſationem, denunciationem, vel inquiſitionem de aliquo maleficio, vel exceſſu, quod, vel qui diceretur per eũ commiſſum in dicta Terra, & eius diſtrictu, fiant de eo duæ citariones ad banchum, vbi ius redditur alta voce per Bayulum Communis per dierum interualla, & cuilibet dictarum citationum aſsignetur terminus trium dierum ad comparendum, & ſe excuſandum; qui ſi non comparuerit, & ſe excuſauerit ponarur in banno de dicta Terra, & eius diſtrictu in quantitate, in qua deberet condemnari, & plus, & minus arbitrio Rectoris, & Vicarij, in quo banno ſimilirer rerminus ſex dierum aſsignetur ad comparendum, & ſe excuſandum, infra quem ſi non comparuetir, & ſe excuſauerit, conrumax habeatur, & contra eum ad cōdemnationem procedi poſsir tanquam contra contumacem, & conuictum propter dictam conrumaciam. In quo banno contra forenſem exprimatur tenor maleficij, vel exceſſus, de quo proceditur contra ipſum, & ꝙ nullus eum receptet, nec ei præſtet auxilium, conſilium, vel fauorem, ſub dicto banno, in quo dictus exbandictus poſitus eſt; hoc declarato. Quòd dictus modus ſeruetur in forenſibus, & proceſsibus forenſium, qui fierẽt contra forenſem non habitantem in dicta Terra, & eius diſtrictu, & ſi eſſet habitator Caſtri Fidardi, vel eius diſtrictus procedatur contra ipſum, tanquam rerrigenam dictæ Terræ. Forenſis autẽ nō habitans in dicta Terra, & eius diſtrictu, vel ſi habitauerit in dicta Terra, ſiue ſit forẽſis, ſiue terrigena, qui non poſsideret bona immobilia, & eſſer perſona fugitiua, & dicta ſua bona nō ſufficerent ad ſoluendũ condemnarionẽ maleficij, per eũ cōmiſsi, poſsir, capi, & detineri per Curiã poſsint in perſonis, & rebus, donec fideiuſſores dederit de ſoluẽdo condemnationem, ac de obediendo curiæ D. Rectoris dictæ Terræ.

De accuſationibus, inquiſitionibus, denunciationibus, & earum proceſsibus. Rub. II.

DE omni maleficio, exceſſu, vel delicto per noſtrum Poteſtatem, & eius Vicarium procedi poſsit, & debeat ad petitionem petentis per accuſationem, & denunciationem, necnon ex ſuo motu, & mero officio per inquiſitionem, & electa vna via poſsit, & debeat nihilominus redire ad alteram, & etiam accuſatione, vel denunciatione porrecta, poſsit ſimul in eodemque, ſeu ex eodem proceſſu per inquiſitionem procedi, & etiam ſententiari cum vtrunq; officium tendat ad punitionem delicti; ſaluo tamen quòd per inquiſitionem ex officio ſine accuſatione in ſcriptis porrecta per patrem, vel ſocrum mulieris, vel mariti, ſuper, vel de adulterio, fornicatione, vel ſtupro, quod diceretur commiſſum cum muliere, non poſsit procedi, ſed per accuſationem tantum, vt dictum eſt.

Quòd proceſſus factus ſuper maleficij valeat, non obſtante defectu ſolemnitatis, vel ſubſtantialitatis. Rub. III.

STATVIMVS inſuper, quòd proceſſus quacunque via procedendi ſuper quocunque maleficio, vel delicto factus, vel formatus, & in poſterum faciendus, vel formandus in Curia, vel Foro noſtri Cõmunis per noſtrum Poteſtatem, vel eius Vicarium valeat, & teneat, & plenum ſortiatur effectum, non obſtantibus ſubſtantialitatibus, vel ſolemnitatibus iuris omiſsis, nec forma aliqua prætermiſſa; dum tamen de delicto, ſeu maleficio ſemper conſtet plena, & legitima probatione.

De copia proceſſus Dominis Prioribus danda. Rub. IIII.

NE maleficia remaneant impunita, & homines de iniurijs eis illatis iuridice vlciſci valeant, ſtatuimus, & ordinamus, ne proceſſus occultentur, ꝙ quilibet Poteſtas, qui nunc eſt, & pro tempore fuerit, & eorum Vicarij, teneantur, & debeant ſub pœna præſtiti iuramenti, & quinquaginta lib. den. de ſuo ſalario eiſdem per Syndicatores eorum tempore Syndicatus auferenda, mittere infra tertium diem copiã accuſationum, denunciationum, & inquiſitionum antequam pars, ſeu delinquens, vel delinquentes citẽtur ad excuſam, & ſe excuſent de maleficijs, per dictos delinquentes cõmiſsis, & contentis in accuſationibus, inquiſitionibus, ſeu denunciationibus: excepto de damnis datis, & extraordinarijs, de quibus accuſationibus copiam dictis Dñis Prioribus dare non teneantur, niſi pœna de dicto extraordinario, & dãno dato reſultaret à centũ ſolidis ſupra, quo caſu, tunc teneatur, vt ſupra dare copiam Dñis Prioribus ſupradictis, prout de alijs maleficijs, & ſi caperetur malefactor antequã ſe excuſaret, teneatur, & debeat dare copiam de maleficijs, de quibus proceditur quomodocunque, & qualitercunque contra dictũ malefactorem, quas copias ſcriptas manu Vicarij, ſiue Notarij maleficiorum Domini Poteſtatis, qui pro tempore fuerit, de verbo ad verbum, prout in accuſationibus, inquiſitionibus, & denunciationibus continetur eiſdem Prioribus datas, reponi, & fideliter conſeruari volumus, & mandamus in ſcrinio, ſiue caſſa Communis, in quo, ſeu qua reponũtur, & cõſeruantur priuilegia, & iura Cõis Caſtri Fidardi, nec permittere poſtquam fuerint conſignatæ, & datæ, vt ſupra, quòd in dictis copijs vlterius aliquid addatur, minuatur, & mutetur abſque conſenſu, & deliberatione Conſilij Credentiæ, & in fine officij Poteſtatis, & ſuorum officialium ipſas copias aſsignari, & demonſtrari Syndicatoribus ipſorum, vt prædicti Syndicatores videre poſsint quicunque proceſſus ſint expediti, vel non, & ſi de dictis proceſsibus factæ ſunt cõdemnationes, vel abſolutiones iuridicæ, necne: & Priores qui negligentes fuerint in prædictis, ſeu contrafecerint, incurrant pœnam decem librarum denariorum pro quolibet ipſorum, & qualibet vice.

De excuſationibus Rectorum. Rub. V.

STATVIMVS, ꝙ quilibet ſe excuſans, teneatur, & debeat dare idoneam fideiuſsionem, & promittere parere mandatis, & comparere, & condemnationem ſoluere; alioquin poſsit, & debeat poni, & detineri in carcere, vel in Palatio ſub bona cuſtodia.

De dilationibus in criminalibus dandis. Rub. VI.

PERSONA citata occaſione maleficij, vel delicti ad ſe excuſandum, vel defendendum ſiquidem comparuerit, & ſe excuſauerit, & fideiuſsionem præſtiterit, & alia prædicta fecerit, detur ei per

Vicatium Poteſtatis dilatio, ſiue terminus quinque dierum futurorum ad ſui defenſionem faciendam, in quo termino poſſit, & debeat omnem ſuam defenſionem proponere, & ſuper eam probationes producere: poſt verò dictum terminum decurſum in aliqua defenſione nullatenus audiatur, niſi per officialem ſteterit, quo minus ipſæ defenſiones probarentur, & fierent, quo caſu tempus ei reſtituatur defectu officialis amiſſum, & recœptis quoque teſtibus, tam offenſæ, quàm defenſæ, ſi facta fuerit publicetur proceſſus parte præſente, vel requiſita in præſentia vnius teſtis adminus, & terminus, ſiue dilatio ſtatuatur ad accipiendum copiam, & opponendum competens arbitrio Vicarij; dum tamen vltra quinque dies non poſſit extendi: liceat tamen Vicario ex legitima, & vera cauſa impedimenti ſuo arbitrio reſtituere reo dilationes decurſas: aliæ verò dilationes emergentes, & opportunæ ſint arbitrariæ, & pro motu Poteſtatis, vel eius Vicarij moderandæ.

De teſtibus in maleficijs admittendis. Rub. VII.

IN criminali cauſa teſtes eſſe non poſsint parentes pro liberis, & econuerſo, fratres carnales, nec etiã conſobrini ſi pro fratre dixerint, nec in vna eadem domo, vel familia habitantes, nec ſocer, vel ſocrus, gener, aut nurus, & econuerſo ſi huiuſmodi perſonæ pro reo, vel eius fauore dixerint, nec etiam alij, qui de iure communi à teſtimonio repelluntur, præter mulieres bonæ famæ, & maiores quatuordecim annis, quarum teſtimonium in criminalibus etiam valeat, recipiatur, & admittatur, ſi aliter idonei cenſeantur, lege aliqua non obſtante.

Qualiter cogantur teſtes pro teſtimonio perhibendo. Rub. VIII.

STATVIMVS inſuper, & ordinamus, quòd teſtes habitantes in Terra Caſtri Fidardi, qui eſſent bonæ conditionis, & famæ, nullo tormentorum genere pro ferendo teſtimonio terreantur, niſi ex magna, & ardua cauſa, quã in Poteſtatis, & Dominorum Priorum, qui pro tempore erunt arbitrio relinqui volumus, ſaluo etiam, quòd per tres dies tantum in aliquo honeſto loco: videlicet maſculos in Palatio dicti Cõmunis; mulieres verò in aliquo alio honeſto loco, D. Poteſtas, vel eius Officialis, aut Vicarius cogere, & perſonaliter detinere ad teſtimonium perhibendum poſsit: dum tamen mulieres noctis tempore: videlicet poſt occaſum Solis nullatenus teneantur, nec etiam viri teneri poſsint, nec debeant de nocte poſtquam pulſatum fuerit ad conſuetam laudem Eccleſiarum de ſero, & poſt ipſas horas liceat teſtibus impune recedere, ſi eis fuerit per regimen licentia denegata, vel non conceſſa, & officialis contrafaciens in prædictis, vel aliquo prædictorum qualibet vice in vigintiquinque libris denariorum Communi Caſtri Fidardi applicandis, puniatur de ſuo ſalario.

Vt contra teſtes in criminali cauſa receptos quatuor exceptiones tantum opponi poſsint. Rub. IX.

CONTRA teſtes in criminali cauſa receptos, quatuor exceptiones tantum poſsint opponi, & probari, ſcilicet, quòd ſit domeſticus, vel familiaris producentis, vel quòd producenti attineat vſque in ſecundum gradum incluſiuè, ſecundum ius Canonicum computandum, vel quòd ſit inimicus capitalis illius, cõtra quem producitur, & quòd falſum teſtimonium in dicta cauſa tulerit, & vltra dictas exceptiones volens aliquam aliam opponere, non debeat audiri, niſi eſſent prædictis ſimiles.

De teſtimonio ſocij delinquentis, vel participis. Rub. X.

ITEM ſtatuimus, & ordinamus, quòd ſocij, vel participis eiuſdem criminis in quibuſcunque maleficijs, ſeu delictis teſtimonium recipiatur, & fidem faciat, ſicut alterius cuiuſcunque legitimi teſtis; ita quòd prætextu ſocietatis, ſeu participationis prædictum teſtimonium nullo modo poſsit infringi, ad plenam tamen probationem inducendam duorum, & non vnius ſocij teſtimonium ſufficiat, & prædicta procedant dummodo talis ſocij alios defectus non patiantur.

Qualiter dicta teſtium ſcribantur in actis. Rub. XI.

NOTARIVS maleficiorum, vel etiam ciuilium, & quilibet alius Notarius de aliqua examinatione teſtium rogatus in quacunque cauſa criminali, vel etiam ciuili, aut miſta, teneatur, & debeat vinculo iuramenti, & pœna viginti quinque lib. deñ. vice qualibet ſcribere in actis, & apponere dicta teſtium explicitè, & extenſe, non apponendo illa verba: videlicet, dixit vera eſſe, nec illa verba: videlicet, dixit vt ſupra; nec illam clauſulam, & cætera, vel aliam ſimilem, aut alia verba, quæ requirant ſub intellectum, vel interpretationem aliquorum verborum, quæ non eſſent expreſsè dicta, ſed potius declarando ſic: videlicet talis teſtis dixit ſe tantum ſcire de contentis in inquiſitione, vel proceſſu, ſeu articulo, vel alio capitulo, aut petitione, ſeu interrogatione, ſuper quo, vel qua examinatio fieret, & ſubſequenter adijcere ea, quæ teſtis ſe ſcire dixerit, prout ipſe teſtis protulerit, & non aliter, & Poteſtas, & Notarius contrafaciens puniatur in decem libris denariorum pro qualibet vice, & pro quolibet teſte.

De copia ſcripturarum, actorum, & proceſſus danda. Rub. XII.

PROVIDEMVS, & præſenti ſtatuto firmiter ordinamus, quòd Poteſtas, ſiue eius Vicarius in cuius Curia procederetur de maleficio, vel delicto ad petitionem illius, cõtra quem procederetur, vel alterius legitimè petentis pro eo, teneatur, & debeat exhibere cum plena commonditate copiam ſcripturarum, & actorum proceſſus formati: videlicet de teſtibus, & eorum dictis poſt publicationem tantum, & de alijs quandocunque cum nomine accuſatoris, vel denunciatoris, in caſu quo non fuerit prohibitum ipſorum nomina tenere in ſecretò per formam alicuius noſtri ordinamenti; & prædicta tantum copia dari volumus, & exemplari, ſiue ſcribi tantummodo manu Vicarij, vel eius Vicegerentis, & non manu alicuius priuatæ perſonæ: & ſi dicti Poteſtas, & Vicarius dictam copiam petenti denegauerint, & non dederint, ipſo facto incurrant in pœnam decem librarum denariorum pro quolibet, & vice qualibet de eorum ſalario auferendam.

De allegationibus bandiendis adminus per ſex dies ante ſententias. Rub. XIII.

INSVPER ſtatuimus, & ordinamus, quòd Poteſtas, ſiue eius Vicarius, teneatur, & debeat adminus per ſex dies ante ſententias criminales ferendas publicè banniri facere per Tubicinem, ſiue bayulum noſtri Communis in locis conſuetis, quòd omnes, & ſingulæ perſonæ accuſatæ, denunciatæ, vel inquiſitæ de quocunque maleficio, delicto, vel exceſſu in Curia Poteſtatis, & ſui Vicarij, veniant, & compareant infra quintam diem, tunc proximè ſecututam ad allegandum, & quicquid volunt, & poſſunt mõſtrandum, & dicendum quare non debeant condemnari de contentis in proceſſibus, contra ipſos formatis, & ad producendum inſtrumenta pacis, & alia beneficia ſi qua habent, & peremptoriè alioquin &c. Quæ omnia, & ſingula in præſenti ordinamento contenta, teneãtur, & debeant officiales obſeruare, & executioni mandare ſub pœna xxv. lib. deñ. de ſuo ſalario qualibet vice, qua contrafecerint.

Quod bannimentum in cauſis criminalibus, & etiam in damnis datis habeatur loco citationis. Rub. XIIII.

VT proceſſus, & ſententiæ in cauſis criminalibus, & damnis datis liberius, & expeditius, propter vtilitatem puniendi delicta valeant expediri. Hac ſanctione firmamus, quòd in omnibus cauſis maleficiorum, & damnorum datorum, ſufficiat abſque alia citatione Bayuli ad ſententiam audiendam, vox præconis in locis conſuetis banniri vocantis nominatim, generaliter, & appellatiuo nomine accuſatos, inquiſitos, vel denunciatos, aut in banno poſitos, vt veniant ad ſuas defenſiones, & allegationes faciendum, & copiã actorum habere volentes, accipiendum, aut ad ſententiam audiendam partes requirentis, vel monentis publicè ſono tubæ præmiſſo, quæ vocatio, admonitio, & requiſitio habeatur pro vera, & legitima citatione, tanquam ſi facta eſſet oretenus tribus edictis, & peremptoriè.

De pro-

De proceſſibus expediendis, & ſententijs criminalibus ferendis. Rub. XV.

STATVIMVS, & ordinamus, quòd Poteſtas, ſeu eius Vicarius quolibet menſe ferat condemnationes, & ſententias criminales; & omnes, & ſingulos proceſſus in quibus iuſtam, & euidẽtem cauſam impedimenti non habet, teneatur, & debeat expedire per condemnationes, vel abſolutiones infra vnum menſem à die formati proceſſus, & idem teneatur facere de proceſsibus pendentibus, incœptis per ſuum præceſſorẽ, & in ſententijs criminalibus proferendis procedat hoc ordine: videlicet, quòd die præcedẽti ex ſpeciali commiſſione banniri faciat per publicum bannitorem Cõis in locis conſuetis, & publicis Terræ Caſtri Fidardi, quòd omnes de Concilio generali dictæ Terræ die ſequenti ad ſonum campanæ venire debeant ad Concilium in Palatio reſidentiæ Domini Poteſtatis; & omnes, & ſingulæ perſonæ habentes aliquid facere in Curia Communis occaſione alicuius maleficij, vel exceſſus, ſeu delicti, contra quas procedetur in dicto termino, in dicto Concilio compareãt legitimè, & peremptoriè ad eorum criminales ſententias audiendum ſuper dictis proceſsibus. Quæ bannimenta per bannitorem, ſiue bayulum relata redigantur in actis, & huiuſmodi bannimentum habeatur, & reputetur pro vera, & legitima citatione, ac ſi ſolemniter de iure facta eſſet. Deinde in dicto Concilio, & termino præfixo, ſententias, condemnationes, & abſolutorias ferat, & publicè legi faciat per Vicarium, ſiue Notarium maleficiorum ſuper ipſis proceſsibus, prout de iure viderit faciendum ſub vinculo iuramenti, & pœna quinquaginta librarum denariorũ de ſuo ſalario pro quolibet, & vice qualibet: & ſententiæ ſic latæ, vel datæ valeant, & plenum obtineant iuris effectum ſolemnitate, vel iuris forma omiſſa non obſtante, etiam ſi numerus Conciliariorum legitimus non adeſſet, ſed adeſſe debeant adminus duo ex Prioribus Populi, vnà cum Cancellario dicti Communis, vel eius Vicegerentis.

Quòd Poteſtas teneatur fieri facere condemnationes duplicatas in maleficijs. Rub. XVI.

VT omnes condemnationes ferendæ per curiam noſtrorum Rectorum ſolertius exigantur, & ne eas malignitate officialium, qui nonnunquam pecuniarum auidi reperiuntur, caſſas abſque ſolutione n Communi facienda dimittant. In hac præſenti ſanctione duximus ordinandum, quòd Rector, & eius Vicarius vinculo iuramenti, & pœna vigintiquinque librarum denariorum de ſuo ſalario teneantur, & debeant omnes, & ſingulas condemnationes, & ſententias ferendas in curiam præfatorum Domini Poteſtatis, & Vicarij, tam criminalium, quàm damnorum datorum ſcribere duplicatas, quarum altera ſit penes Notarium maleficiorum, altera ſit penes Cãcellarium noſtri Communis, vel eius Vicegerentẽ, quas quidem condemnationes dictus Poteſtas, ſiue eius Vicarius non poſsit, nec debeat ferre vllo modo, niſi per Cancellarium noſtri Communis, vnà cum Dominis Prioribus, ſiue maiori parte ipſorum ibidem præſentium auſcultatæ, & lectæ fuerint. Addimus etiam, quòd nullus Vicarius poſſit caſsare aliquas condemnationes, etiam ſi in Communi extiterit facta ſolutio, ſed pertineat, & ſpectet ad Cancellarium noſtri Communis: aliàs dicta caſſatio non valeat.

De erronea condemnatione corrigenda, & executionibus faciendis. Rub. XVII.

VOLVMVS, ac firmiter ordinamus, & ſtatuimus, ꝙ Poteſtas, ſeu eius Vicarius, tam ſuas, quàm ſui præceſſoris ſententias condemnationis de quacunque perſona occaſione alicuius maleficij, vel exceſſus factas, latas, ſiue datas, in quibus per formam noſtrorum ſtatutorum, & ordinamentorum manifeſtus error eſſet, vel appareret in quantitate pœnæ, poſſit, & debeat licitè ipſas cõdemnationes erroneas corrigere, quo ad quantitatem ipſarum, & in excuſatione condemnationum tantum veram, & debitam quantitatem, quæ imponenda fuerat per formam dictorum ordinamentorum, & ſtatutorum exigat, & exigere teneatur; ſuperfluum autem ipſo iure vigore præſentis ordinamenti intelligatur remiſſum, & penitus reſecatum; & ſimili modo fiat, & obſeruetur, ſi pœna, vel quantitas fuiſſet minor impoſita, quòd tunc per eundem Iudicem, vel ſucceſſorem ad maiorem, & debitam pœnam poſſit reduci, & ipſo iure intelligatur reducta, non obſtante, quòd aliter lectæ, vel latæ fuiſſent, & elapſis viginti diebus à die, qua fuerit ſententiatum, teneatur, & debeat omnes condemnationes à ſe, vel ſua curia latas in dicta vera quantitate exigere, & facere executioni mandari. Condẽnationes verò ſui prædeceſſoris exigere teneatur infra quindecim dies poſt introitum ſui officij ſub vinculo iuramenti, & pœna quinquaginta librarum denariorum

de ſuo ſalario pro quolibet, & qualibet vice: ſi tamen aliqui proceſſus in dictis terminis non expediren-
tur, vel condemnationes exequi retardarentur; nihilominus firmi, & firmæ remaneant, & poſtea expe-
diri, & executioni mandari poſsint. Non tamen poſsit Poteſtas, nec eius Vicarius, nec etiam Cancella-
rius retractare, vel quo quo modo minuere, vel mutare aliquam condemnationem iam exactam, ſolu-
tam, vel executioni mandatam.

Quod Poteſtas non dimittat proceſſum pendentem. Rub. XVIII.

STATVIMVS, & ordinamus, quòd nullus Poteſtas, vel Vicarius poſt finem ſui officij dimittat ali
quem proceſſum pendentem, quem potuerit veriſimiliter expedire ſub vinculo iuramenti, & pœna
quinquaginta librarum denariorum de ſuo ſala rio pro quolibet, & vice qualibet auferenda.

De beneficio confeſsionis, pacis, & ſolutionis infra terminum. Rub. XIX.

QVIA de iure communi parcitur confitenti, & ſponte agenti quodammodo indulgetur, ideo præ-
ſenti ordinamento firmamus, quòd perſona accuſata, denunciata, vel inquiſita occaſione cuiuſcun
que delicti, maleficij, vel exceſſus in curia, & foro noſtri Communis, infraſcriptis tribus beneficijs meritò
releuetur: videlicet ſi ſponte confeſſa fuerit maleficium, exceſſum, vel delictum ſuper quo procederetur
contra eam quãdocunq; ante ſententiam, ita quòd ex ipſa confeſsione, ſine aliqua probatione condem-
nari poſsit, vel potuerit, condẽnetur in quarta parte minus totius ſummæ, in qua ſine beneficio condẽnan
da fuiſſet. Si etiam pacem, & concordiã cum aduerſario habuerit de cõmiſſa iniuria, & eã publico inſtru-
mento in actis produxerit in termino bannimenti allegationis, pro ſpeciali pacis beneficio, condemnetur
in alia parte minus ſummæ iam dictæ. Item ſi ſuam condemnationem ſoluerit, & cum effectu numeraue-
rit Camerario noſtri Cõis, in præſentia aliquotum de Prioribus infra quindecim dies à die condemna-
tionis, dimittatur ſibi in executione pro beneficio ſolutionis infra dictum terminum, quarta pars reſiduæ
quantitatis, & ſummæ, quæ ſoluenda venit detractis beneficijs antedictis; alioquin dictis quindecim die-
bus elapſis beneficium ſolutionis ipſi non proſit, & fiat executio contra eam ſecundum formam ſtatuti
ſupra poſiti ſub Rubrica de erronea condemnatione Quæ quidem beneficia, & diminutiones in pœnis
maleficiorum à quadraginta ſolidis infra incluſiuè locum volumus non habere. Volumus etiam, ꝙ qui-
cunque accuſatus, inquiſitus, vel denunciatus de quocunque maleficio, vel exceſſu ab eius aduerſario
pacem habuerit, vel remiſsionem, & ipſam coram noſtro Rectore infra decem dies poſt eius excuſationẽ
cum confeſsione facta produxerit, & ſoluerit Cameratio noſtri Communis quinque ſolidos pro quali-
bet libra denariorum eius, quo deberet condemnati admiſſo ſibi prius beneficio confeſsionis, ab accuſa-
tione, denunciatione, & accuſatione, & toto proceſſu ſit omnimodo abſolutus, & producta dicta pace, &
ſolutis dictis capitibus ſolidorum pro libra, vt dictum eſt, dictus Rector pronunciet contra eum vlterius
procedi non debere.

De duplicatione pœnarum. Rub. XX.

DELICTA quæque puniri volẽtes ordinamus, quòd de maleficijs, delictis, iniurijs, & exceſsibus,
quæ dicto, vel facto, percutiendo, vel admenando, impingendo, diſcapillando, vel reimproperando,
ſeu verbum iniurioſum dicendo, vel alio quocunque modo contra aliquem delinquendo, committeren-
tur tempore noctis, vel coram noſtro Rectore, vel Vicario, vel in Palatio Communis, ſeu in domo
officialium habitationis, vel ad domum, vel in domo inſultati, iniuriati, vel offenſi, vel in aliqua Eccle-
ſia dictæ Terræ, aut Cimiterio Eccleſiæ, vel ad portas dictæ Terræ, extra, vel infra per tres cannas, vel
etiam intra raſtellum dictarum portarum, in platea Communis, vel maiori noſtræ Terræ. Item in becha-
ria publica Communis, vel in ſplatijs, & locis bechatiæ, ſeu per ſtradam, qua tenditur à platea ad ipſam
bechariam, delinquens, vel commitens reatum, aut verò iniuriam, vel offenſam contra aliquam per-
ſonam, in domo, vel poſſeſsione propria, vel conducta ipſius perſonæ offenſæ, ſeu iniuriam paſſæ, vel
etiam in præſentia alicuius officialis forenſis noſtri Communis Caſtri Fidardi, vbilibet exiſtentis, vel
videntis, ſeu audientis, etiam in præſentia Confalonerij, & Priorum aſsiſtentium in loco commiſsi deli-
cti, in quolibet caſu prædictorum in præſenti ordinamento expreſſorum, in quo non reperiretur ratione,
vel in-

vel intuitu loci,aut præſentia officialis pœna aucta,vel maior conſtituta,ſemper delinquens in dictis declaratis locis,vel aliquo ipſorum puniatur in duplo eius ſimplicis,quo puniretur, vel puniendus veniret per formam noſtrorum ordinamentorum,dum alibi deliquiſſet,vel maleficium commiſiſſet: Platea verò ad dubitationem tollendam, intelligatur à muris Palatij Communis,& totus circuitus,qui eſt à portella ſita iuxta domum.

De pœna Nobilium offendentium Populares. Rub. XXI.

AD cohercendam Nobilium nimiam audaciam, ſtatuendo firmamus, quòd nemo Nobilis aliquam perſonam Popularem noſtræ Terræ,vel diſtrictus,verbo,vel facto,in perſona,vel ære præſumat offendere,vel aliqua iniuria, vel damno afficere quoquo modo, niſi cum iuſtitiæ interuentu, & moderamine iuris: ſecus autem faciens qualibet vice puniatur in quadruplum eius,quo puniretur popularis contra alium popularem committens. Reliquos autem quoslibet homines, & perſonas præter ſupra declaratas quantum ad hoc volumus reputari,& haberi pro veris popularibus noſtræ Terræ Caſtri Fidardi.

De pœna non probantis accuſam. Rub. XXII.

NON probans accuſam, vel denunciationem maleficij infra terminum peremptorium à Iudice aſsignatum, vel aſsignandum ipſo facto incurrat pœnam quartæ partis illius quantitatis, in qua veniebat puniendus accuſatus,ſi fuiſſet accuſatio probata contra eũ, & vbi plures accuſati fuiſſent ſimul; tunc ſimili modo fiat, & obſeruetur ſingulariter, vt cuiuslibet accuſati;vbi vero pœna imponenda non pecuniaria,ſed corporalis fuiſſet; tunc accuſator in probatione deficiens in centum libris denariorum condẽnetur ſine aliquo beneficio ſtatuti,& diminutione;& idem intelligatur in denunciante, & non probante: quòd tamen locum non habeat in ſimpliciter quærelante ſine ſcriptura.

Qualiter pater teneatur pro filio, & econuerſo. Rub. XXIII.

VT patres filiorum correctiones agere ſtudeant, decernimus, quòd ad pœnam delicti, ſeu maleficij per filium commiſsi,omnia ipſius filijfamilias delinquentis bona,vndecunque acquiſita cedant, & in executionem veniant, non obſtante, quòd paterfamilias in aliquibus ex dictis bonis quomodocunque prætenderet vſumfructum, vel ius vtendi, & fruendi. Volumus etiam quòd ipſe pater de bonis ſuis proprijs pro delicto,ſeu maleficio ſui filij, teneatur, & conueniri poſsit, & executionem pati debeat vſque ad integram legitimam incluſiuè, quæ tali delinquenti deberetur de iure, ſi ipſe pater fuiſſet, præmortuus: niſi talis filiusfamilias verè,& legitimè emancipatus, vel à nexibus patriæ poteſtatis liberatus fuiſſet, & tempore maleficij, vel delicti ſeorſum à patre non fictè, ſed verè habitauerit, quo caſu nullatenus legitima prædicta bonorum viuentis patrisfamilias volumus à patrem extorqueri. Filius verò pro patre occaſione delicti teneatur tantum in bonis, quæ patris eſſent, vel ſpectarent ad eum: videlicet pro iuribus ipſius patris tantum. In alijs autem caſibus filiumfamilias pro patrefamilias,vel econtra nullatenus teneri volumus, vel in aliquo moleſtari, cum alteri per alterum iniqua condisio afferri non debeat, nec alter alterius odio prægrauari.

De prohibita blasphematione Dei,Sanctorum,& Sanctarum eius. Rub. XXIIII.

IPSA lege diuina conſtat inhibitum, ne quis nomen Dei ſui ſumat in vanum, & exinde, cum nihil magis iram Dei habeat in homines promouere,quàm nominis Ieſu,& ſuorum Sanctorum, atque Sanctarum blasphemia. Conſtitutione Imperiali comperitur prohibitũ ſub grauiſsimis etiam corporalibus pœnis, ne quis in tam graue ſacrilegij genus attentet prorumpere, quocirca ſtatuendo ſtrictè vetamus, vt nemo deinceps Deum,Ieſum Chriſtum Redemptorem, Saluatorem, Spiritum ſanctum, Trinitatem, aut eius Matrem Beatam Mariam ſemper Virginem, aut aliquem Sanctum, vel Sanctam Dei,aut eorum aliquod membrũ quouis modo,vel nomine,publicè,vel occultè blasphemare, vel in eorum aliquã blaſphemiã erumpere,aut eorum, vel earum potentiam denegare: ſecus autem dicens, ſi de Deo,Ieſu Chriſto,vel de Spiritu ſancto,ſiue Trinitate,aut Beata Virgine Maria,vel contra eos,aut eorum aliquod membrum, ſeu de aliquo eorundem, in libris viginti quinque denariorum de facto vice qualibet ſine aliqua diminu-

diminutione puniatur, ſaluo confeſsionis beneficio; q̃ pœnam ſi ſoluere promiſerit infra x. dies à die præcepti ſibi facti, & termini aſsignati ad ſoluendum & nõ ſoluerit, puniatur in duplo dictæ pœnæ ſine diminutione, & beneficio aliquo; poſtq; nihilominus ponatur in carcere, & exinde non extrahatur, donec nõ ſoluerit dictã pœnam. Si verò de aliquo Sancto, vel Sancta, vel aliquo eorum, vel alterius ipſorum membro, ſeu contra eos, vel eorum aliquem, ſeu aliquam earum quiſque maſculus, vel fœmina præſumpſerit blaſphemare, vel proruperit in blaſphemiã, quilibet in hoc culpabilis pro qualibet vice in libris x. denariorum ſine diminutione aliqua puniatur, ſaluo beneficio confeſsionis, vt ſupra; quàm pœnam ſi non ſoluerit infra terminum decem dierum à die præcepti ſibi facti, vel termini aſsignati ad ſoluendum, puniatur in duplo dictæ pœnæ ſine diminutione, & beneficio aliquo; & poſt nihilominus ponatur in carcere, & inde non extrahatur donec non ſoluerit dictam pœnam. Super quibus tam enormibus maleficijs ſpeciales denunciatores per Poteſtatem, vel Vicarium deputentur, quorum vniuſcuiusque denunciantis dicto iurato, cum vno teſte idoneo plenè credatur, & ſtetur, & nihilominus quælibet alia perſona bonæ famæ de tali exceſſu denunciare valeat, & referre, cuius dicto, & iuramento cum vno teſte idoneo plenè credatur, & ſtetur, & ſemper in quolibet caſuum prædictorum denunciantis nomen teneatur ſecretum, & talis denuncians lucrari, & habere debeat quartam partem bannorum, & pœnarum in præſenti capitulo contentarum. Inſuper quilibet Poteſtas, ſeu Vicarius noſtri Communis ſui vinculo iuramenti, & pœna decem librarum denariorum de ſuo ſalario Communi Caſtri Fidardi applicanda, teneatur, & debeat ſingulis duobus menſibus de prædictis generalem inquiſitionem facere, & redigere in actis cum examinatione ſaltem decem teſtium fidedignorum pro qualibet inquiſitione, quod quidem ordinamentum ſit in ſuo robore alio ordinamento in contrarium non obſtante.

De pœna facientis aliquod obbrobrium, vel turpe contra figuram Domini Noſtri Ieſu Chriſti, vel Sanctorum, & Sanctarum eius. Rub. XXV.

STATVIMVS, & ordinamus, quòd quicunque tantæ temeritatis, ac prauitatis extiterit, qui contra figuram, ſiue imaginem Domini Noſtri Ieſu Chriſti, aut Virginis Mariæ, aut Sanctorum, vel Sanctarum Dei, aliquod obbrobrioſum, vel tupe fecerit, doloſè, ſcienter, & appenſatè, manu, vel pede, luto, lapide, ligno, ferro, ſputo, vel alia quauis materia, incurrat pœnam vigintiquinque ducatorum auri de facto ſine aliqua diminutione pro quolibet, & qualibet vice; quam pœnam ſi non ſoluerit infra decẽ dies à die præcepti ſibi facti, & termini aſsignati de ſoluendo, ex tunc mordacchietur, & mordacchiatus ligetur ad cathenam, & ibi ſtet, & detineatur per duas horas, & poſtea nudis ſpatulis fuſtigetur per totã Terram Caſtri Fidardi; poſtque nihilominus ponatur in carcere, & inde non extrahatur donec effectualiter non ſoluerit dictam pœnam.

De pœna iurantis Corpus, Sanguinem, Viſcera, & alia membra Dei, & Sanctorum, & Sanctarum eius. Rub. XXVI.

IVRANS Dei, Ieſu Chriſti, aut Virginis Mariæ, corpus, ſanguinem, viſcera, vel ſimilia membra, de qua ſimilitudine liberè ſtetur arbitrio Poteſtatis, vel ſui Vicarij, puniatur de facto pro quolibet, & qualibet vice in viginti ſolidis denariorum ſine aliqua diminutione, aliorum verò Sanctorum, & Sanctarum Dei, prædicta membra, vel aliquod prædictorum iurans, & ſimilia pro quolibet, & vice qualibet ſimili modo, & arbitrio, in decem ſolidis denariorum puniatur. Iurans autem per aliqua membra pudibunda corporis Ieſus Chriſti, Virginis Mariæ, vel aliorum Sanctorum, & Sanctarum Dei, aut turpem, & inhoneſtã nominationem faciens, quæ eſt in hominum corporibus, non ſine rubore, vel pudore apud honeſtas, & graues perſonas, de quorum qualitate, & ſimilitudine, ac interpretatione liberè ſtetur arbitrio Poteſtatis, vel ſui Vicarij, pro quolibet, & qualibet vice, de facto, ſine diminutione aliqua puniatur in xxv. libris denariorum. Quam pœnam non ſoluens infra tertium diem à die iniuncti præcepti de ſoluendo, puniatur in duplo ſine beneficio, & diminutione aliqua, & in carcere detineatur per decem dies: declaramus inſuper, q̃ in omnibus, & ſingulis caſibus ſupradictis, poſſit, & debeat procedi ad accuſationem, denunciationem, & relationem cuiuſcunque bonæ perſonæ, & famæ cum iuramento tantùm, & cum dicto vnius teſtis bonæ famæ, ac etiam ex mero officio, & talis relator, denunciator, ſiue accuſator conſequatur, & habeat quartam pœnæ prædictæ, & eius nomen teneatur ſecretum, vt ſuperius alias dictum eſt.

De pœna

De pœna deierantis ad delationem alicuius officialis. Rub. XXVII.

STATVIMVS, & ordinamus, quòd quicunquerqui ad delationem alicuius officialis, pro inueſtiganda veritate alicuius rei iudicialiter, vel extraiudicialiter ei iuramentum deferentis, deierauerit, puniatur de facto ſine aliqua diminutione, & ſolemnitate iudicij, in centum ſolidis denariorum, alio ſtatuto in contrarium loquente, non obſtante; per hoc tamen non derogetur ſtatuto poſito in ciuilibus cauſis, ſub Rubrica de iuramentis præſtandis, nec alteri ſtatuto, in quo expreſſa, & ſpecialis mentio fieret de periurio.

De pœna offendentium Dominos Priores. Rub. XXVIII.

INSVPER ſtatuimus, & ordinamus, quòd nemo exiſtat tantæ temeritatis, & audaciæ, qui audeat, vel præſumat, verbo, vel facto, offendere Dominos Priores, vel aliquem eorum durante officio pœna quadrupli eius pœnæ, qua puniri deberet ſi alium offenderet. Si verò eos, vel ipſorum aliquem offenderit aliquis infra decem dies poſt finitum officium, vel quandocunque pro, vel ex geſtis in eorum officio Prioratus, pœna dupli puniatur, vt ſupra.

De pœna non obedientis Officiali noſtri Communis, & qualiter officiales multare poſſint. Rub. XXIX.

POST hæc ſtatuimus, & ordinamus, quòd Poteſtas contra inobedientes ſuo mandato pro ſuo officio exercendo poſſit imponere pœnam pro quolibet, & qualibet vice, in centum ſolidis denariorum, & nõ vltra. Quilibet alius Officialiũ ipſius pro quolibet, & qualibet vice, in quadraginta ſolidis denariorum, & hoc in extraordinarijs caſibus, & cauſis, in quibus ſpecialis meta, & pœna per noſtra ordinamenta non eſſet: ſaluis tamen caſibus, in quibus per formam ſpecialis ſtatuti, vel ordinamenti foret imponenda pœna delictorum de ſimilibus ad ſimilia. Volumus autem, quòd dicti Officiales, vel quilibet eorum, dictas pœnas præſentis ordinamenti contra vnam, & eandem perſonam, & vna, & eadem die non poſſint, neque debeant, niſi ter imponere tantum pro vno, & eodem facto. Maiores autem pœnas prædictis non poſsint, nec debeant ipſi, & quilibet eorum imponere, neque multare. Quas pœnas, imponere non poſſint, neque debeant, niſi ex iuſtis, & euidentibus cauſis, & caſibus. Quæ multæ omnes, & ſingulæ de facto exigi poſſint, & etiam minui, & alienari, prout imponenti viſum fuerit, & placebit.

De pœna illius, qui præſumpſerit Officiales corrumpere. Rub. XXX.

CVM periculoſum ſit Officiales corrumpi: ideo ſtatuimus, & ordinamus, quòd ſi quis corruperit, ſeu corrumpere attentauerit Poteſtatem, ſeu eius Officiales, vel familiares, aut alterum ipſorum, vel aliquem alium Officialem noſtri Communis, dando, vel promittendo eis aliquam pecuniam, vel aliam rem, ſeu aliquid ſibi faciendo, tam corrumpens, quàm corruptus, & etiam tam corrumpere attentans, quàm attentatus, ipſo facto in quinquaginta libris denariorum pœna debeat coherceri, & maiori pœna ſecundum qualitatem perſonarum, & negotij ad prouidentiam, & arbitrium Cõcilij de Credentia. Sed ſi ille, qui corruperit aliquem ex prædictis, & notam fecerit, & manifeſtauerit dictã corruptelam Syndicatoribus dictorum Officialium tempore Syndicatus eorum, dictus corrumpens nullam pœnam ſubſtineat, ſi pro ſua notificatione tantummodo hoc fuerit ſignificatum. Sed ſi Poteſtas, Officialis, vel Familiaris tali corruptela tentatus, ſeu corruptus illum ſtatim manifeſtauerit Dominis Prioribus, vel Concilio generali, efficiatur impunis à pœna prædicta.

De pœna opponentium, vel impedientium Officiales, vel Bayulos in eorum executionibus, & alijs eorum officio exercendis. Rub. XXXI.

DISTRICTE inhibemus, ne aliqua perſona obſtaculum, vel oppoſitionem, vel impedimentum aliquod, re, vel verbis, facere, aut quouis modo ſe opponere, per ſe, vel alium præſumat contra Officialem, vel Bazulum, Nuncium, ſeu Executorem Curiæ, vel Communis Terræ Caſtri Fidardi in eorum executio-

executionibus,ſeu officijs exercendis ex quacunque iuriſdictione,vel commiſsione facta,ſeu facienda in ciuilibus,criminalibus,mixtis,ordinarijs,vel extraordinarijs cauſis,vel negocijs: ſecus faciens,vel attentans contra Officialem ſolis verbis impediendo, in centum ſolidis denariorum puniatur: factis verò impediens abſque armis,& perſonali offenſione in quindecim libris denariorum puniatur. Cum armis verò, & alia offenſione,in quinquaginta libris denariorum puniatur, & eiſdem pœnis puniatur impediens, vel ſe opponens contra aliquem Bayulum in præſentia alicuius officialis: in abſentia verò alicuius officialis impediens,vel ſe opponens contra Bayulum ſine armis,& alia offenſione,in viginti ſolidis denariorum pro ſingulis caſibus puniatur. Si verò cum armis,vel alia offenſione ſecundum formam aliorum ordinamentorum de eo loquentium pœnæ ſubiaceat, & nihilominus ſi vltra impedimentum aliquod delictum per impedientem,verbo,vel facto commiſſum fuerit,etiam puniatur. Et ſi officiales,vel familia offenderent talem reum non permittentem ſe duci,vel opponentem dicto,vel facto ſine ſanguine,& membri debilitatione, non teneantur ad pœnam, & omni caſu illud ad quod captus ſoluere tenebatur, ipſe impediens tam noſtro Communi, quàm priuatæ perſonæ ſoluere compellatur: nec propterea captus à ſua obligatione liberatus intelligatur. Quia verò plerunque ſecundum plus,& minus exceſſus, ſiue reatus, pœnæ maiores,aut minores imponendæ forſan viderentur, ſubiungimus, vt talia impedimenta,ſiue oppoſitiones committens, poſsit mitius, vel ſeuerius vindicari,quàm dictum eſt pro arbitrio, & diſcretione Poteſtatis,& Dominorum Priorum,aut maioris partis eorum,perſonarum negocij, & delicti qualitate penſata.

De pœna dicentis verba iniurioſa. Rub. XXXII.

SI qua perſona contra aliquem præſentem,vel abſentem dixerit,vel protulerit verba iniurioſa: videlicet traditore,aſſaſsino,trauaglioſo,falſo,homicidiario, rubbatore, puttaniero, roffiiana, facimmero,furo,ladro,cornuto,& his ſimilia verba, de quorum ſimilitudine ſtetur arbitrio, & declarationi Poteſtatis,vel eius Vicarij pro quolibet dictorum verborum, & quolibet delinquente, & qualibet vice in centum ſolidis denariorum condemnetur. Si verò alia verba leuiora,iniurioſa,vel minatoria dixerit: videlicet,tu ne menti, tu ſei vna beſtia,figliuol d'vna puttana,aſino,ſanguinente,merda d'aſino, & his ſimilia, de quorum ſimilitudine ſtetur arbitio, & declarationi Poteſtatis, vel eius Vicarij, condemnetur pro quolibet delinquente,& qualibet vice in ſexaginta ſolidis: de alijs verò minimis verbis iniurioſis delinquens pœna viginti ſolidorum puniatur, de quibus quidem verbis mininis iniurioſis procedi ex officio per Curiam non poſsit niſi ad querelam iniuriati.

De pœna dicentis verba reimprobatoria. Rub. XXXIII.

SI quis reimproperauerit alicui iniurioſè mortem alicuius cõſanguinei vſque in tertium gradum, vel aliquod commiſſum per aliquam eius conſanguineã in dicto gradu, vel infra, ſoluat bannum viginti quinque librarum denariorum. Si verò reimproperauerit percuſsionem ſuam,vel ſui conſanguinei vſq; ad dictum gradum ſoluat bannum decem librarum. Si verò alia enormia, vel iniuriam, aut vituperium, ſiue aliquam rem vituperoſam,ſeu dictum contra eum,vel eius conſanguineum vſque ad dictum gradum ſoluat bannum centum ſolidorum denariorum. Et ſi qua mulier in prædictis deliquerit,de ſua dote pœnas prædictas ſoluere teneatur, & in caſu dotis reſtituendæ de ipſa dote debeat detrahi, & ſcomputari omne,& totum id,quod ſolutum fuerit occaſione prædicta.

De pœna imponentis turpem cantilenam. Rub. XXXIIII.

INSVPER ſtatuimus, & ordinamus, quòd quicunque contra aliquam perſonam aliquam turpem cantilenam,vel verecundiam perſonaliter,vel imperſonaliter impoſuerit,fecerit, dixerit, vel cantauerit, ita quòd poſsit veriſimiliter ad iniuriam reuocari, in decem libris denariorum pro quolibet, & vice qualibet puniatur, vt de tali veriſimilitudine ſtetur arbitrio, & declarationi Poteſtatis, vel eius Vicarij ſi alitet probati non poſſit.

De pœna facientis rumorem. Rub. XXXV.

QVICVNQVE verba cōtumelioſa, ſcandaloſa, vel ſuſpecta alta voce clamando, & cū impetu, & ruina dixerit inhoneſtè vociferando: ad arma accurrite, accurrite, vel popule popule, vel ad mortē, ad mortem, moriatur, vel ſimilia verba cum clamore, vnde reſultaret tumultus, vel gentis occurſus, ſine iuſta euidenti, vera, atque legitima, & rationabili cauſa, condemnetur pro quolibet, & vice qualibet noſtro Communi in libris quinquaginta denariorum; & hoc niſi rumor, vel tumultus prædictus tenderet contra pacificum ſtatum Terræ Caſtri Fidardi, caſu quo puniatur, vt ſupra. De pœna offendētium Dominos Priores. Sed ſi prædicta, vel aliquid prædictorum commiſſa fuerint de nocte, tunc ratione noctis taliter delinquenti duplicetur pœna prædicta.

De pœna ſeminantium zizanias, ſiue diſcordias. Rub. XXXVI.

STATVIMVS, & ordinamus, q̄ ſuſurrator, ſeu ſeminator zizaniarum, ſiue diſcordiarum, ſeu ſcādalorum ſuſcitator, vel dicens, ſeu referens aliqua verba, per quæ in pacifico ſtatu populi ſcandalum aliquod poſsit exoriri, ſeu intra perſonas ſingulares briga, odium, vel diſcordia, pœna quinquaginta librarum denariorum pro quolibet, & vice qualibet puniatur. Dicens autem, vel referens alicui aliqua verba ſcandaloſa, ſeu brigæ, odij, vel diſcordiæ inductiua, vel nutritiua, tanquam ab alio dicta, ſi probare ea non poſsit, eadem pœna puniatur. Si verò poſsit ea probare, pœna decem librarum denariorum puniatur cum melius ſit tacere, quàm mala loqui.

Quod nullus de Terra Caſtri Fidardi accedat ad domum alicuius cum eſſet rumor in dicta Terra. Rub. XXXVII.

ITEM ſtatuimus, & ordinamus, quòd nullus de dicta Terra Caſtri Fidardi tempore quo aliquis rumor fuerit in Terra prædicta, audeat, vel præſumat accedere ad domum ſpecialis perſonæ cum armis, vel ſine armis, de die, vel de nocte, nec adhærere alicui parti ad pœnam, & bannum viginti quinque librarum denariorum pro quolibet contrafaciente, & qualibet vice; & Poteſtas poſſit, & debeat contra delinquentes in prædictis, & quolibet prædictorum procedere per inquiſitionem, denunciationem, vel accuſationem, & à quolibet contrafaciente in prædictis, vel aliquo prædictorum dictas pœnas exigere, & ſi erit negligens, teneatur de ſuo ſalario qualibet vice ſoluere viginti quinque libras denariorum; & Depoſitarius Communis teneatur de ſalario dicti Domini Poteſtatis dictas quantitates ſeruare in vtilitatem Communis, & dictæ pœnæ ſoluantur, & exigantur de facto ſine aliqua diminutione.

Qualiter occurratur ad rumorem. Rub. XXXVIII.

QVOTIES rumor aliquis inſurgeret, vel fieret cauſa alicuius maleficij, vel delicti, aut in quo aliquod delictum, vel maleficium foret commiſſum, ſeu committeretur, tunc omnes, & ſinguli aſtantes, & circumſtantes, ac vicini, & proximi, qui veriſimiliter talem rumorem ſentire, ſcire, vel audire potuerint, ſeu poſſent, teneantur, poſsint, & debeant ad ipſum rumorem occurrere ſine armis ferreis, ſeu ferratis, & quemlibet malefactorem ex maleficio, ſeu delicto occaſione dicti rumoris reſultantem, vel in ipſo rumore delinquentem, iuxta ſuum poſſe capere, & detinere, & in fortiam Domini Poteſtatis ducere, & adſignare; & contrafaciens quilibet vice qualibet in xxxv. lib. denariorum condemnetur.

Si quis occurreret ad rumorem cauſa ſedandi rixantes, & aliquid commiſerit contra rixantes cauſa diuidendi eos, non teneatur ad pœnam. Rub. XXXIX.

ITEM ſtatuimus, & ordinamus, quòd ſi aliquis occurreret ad rumorem cauſa ſedandi rixantes, & aliquid dixerit, fecerit, vel commiſerit contra ipſos rixantes, vel ipſorū aliquem, cauſa diuidendi eos, puniatur pro modo culpæ, ſi culpa interuenerit; alias ad pœnam aliquam non teneatur; quod locū habeat ſi mouerit ſe duntaxat animo rixantes, diuidendi, quietandi, vel pacificandi bona fide, & bono zelo, de quo ſte-

quo ſtetur arbitrio Rectoris,ſeu Poteſtatis,vna cum Dominis Prioribus, qui pro tempore fuerint,occurrentium delictorum,rixantium cauſa,qualitate,& circunſtantijs penſatis.

Percutiens,vel reprehendens pueros minores quatuordecim annis cauſa caſtigandi,non teneatur ad pœnam. Rub. XL.

NE quis benefaciendo detrimentum aliquod patiatur, ſtatuimus,& ordinamus, quòd diuidens,caſtigans, cedens,vel reprehendens,verbo,vel facto,pueros,vel puellas minores quatuordecim annis moderatæ tamen,& diſcretæ,ad pœnam aliquam non teneatur,ſi ex cauſa correctionis,vel ſimili id factũ fuiſſe apparebit: ſi verò animo vlciſcendi,vel iniuriandi dictum, vel factum eſſe probaretur, de quo ſtari debeat arbitrio,& declarationi Dominorum Poteſtatis,& Priorum,qui pro tempore fuerint,puniatur pariter arbitrio dicti D.Poteſtatis, facti,& perſonarum cauſa, qualitate,& circunſtantijs penſatis.

Quod inceptor rixæ puniatur in duplo. Rub. XLI.

CVM dato vno inconuenienti plura inconuenientia ſubſequantur: ideo ſtatuimus, & ordinamus,ꝙ incœptores rixarum, miſchiarum,iniuriarum,& delictorum duplici pœna puniantur,& intelligatur incœptor,qui primus prouocauerit iniuriando,vel offendendo re,vel verbo quo ad delictum primo loco commiſſum, ſed quo ad delicta ſubſequentia ille intelligatur incœptor, qui poſt iniuriam verbo dictam, facto ipſe percuſſerit,vel deliquerit.

De pœna ferentium arma. Rub. XLII.

NVLLVS Terrigena,vel forenſis, arma ferrea,vel aliter malitioſa,offenſibilia,vel defenſibilia per vias, ſtratas, plateas, vel traſannas, ſeu porticos Terræ Caſtri Fidardi publicè, vel occultè audeat, poſſit,vel debeat portare, vel deferre in manu,ad latus, vel per ſe, aut in aliquo dictorum locorum tenere,vel ponere. Contrafaciens ſi offenſibilia in quadraginta ſolidis denariorum ſine diminutione,ſi defenſibilia in viginti ſolidis denariorum ſine diminutione pro quolibet,& vice qualibet, & pro quolibet genere armorum puniatur;& hoc ſi terrigena,vel habitator Caſtri Fidardi prædicta, vel aliquod prædictorum commiſerit: ſi verò forenſis talia commiſerit,pro quolibet, & qualibet vice puniatur in duplo prædictarũ pœnarum ſecundum diſtinctionem prædictam. Sed ſi aliquis ſuſpectæ vitæ,& malæ conditionis, & ſi terrigena,vel habitator, ſiue forenſis prædicta, vel aliquod prædictorum commiſerit, puniatur in quolibet caſu,in duplo pœnarum prædictarum iuxta diſtinctionem,& qualitatem armorum,& perſonarum,& exactio dictarum pœnarum contra forenſes,& ſuſpectas perſonas fiat de facto ſine aliquo proceſſu,& ſolemnitate iuris. Et prædicta locum non habeant, nec intelligantur quoad homines de Caſtro Fidardo foras euntes,vel redeuntes,equeſtres,vel pedeſtres,nec quoad forenſes ſimili modo euntes,& redeuntes. Nec etiam locum habeant in armis,quæ portarentur per aliquem ex aliqua vera, & euidenti cauſa,cum licentia,& authoritate Superioris,in quibus caſibus impunè arma portentur,& in prædictis,& de prædictis,& quolibet prædictorum, poſſit, & debeat procedi ex mero officio, & ad querelam cuiuſcunque, ſtetur, & credatur relationi officialis,vel familiaris Poteſtatis,qui taliter portantem inuenerit,& ſe inueniſſe retulerit;& ad cautelam volumus,& firmamus, quòd Poteſtas, ſeu eius Vicarius, teneatur, & debeat vinculo iuramenti, & pœna viginti quinque librarum denariorum de ſuo ſalario, ſaltem in hebdomada qualibet mittere aliquem ex officialibus,vel familiaribus ſuis more ſuo conſueto ad rimandum Terram Caſtri Fidardi contra arma portantes,& alia illicita committentes contra formam noſtrorum Statutorum.

De pœna inſultantium,vel aggreſſuram facientium. Rub. XLIII.

INSVLTVM, imperum,& aggreſſuram faciens,mouendo ſe de loco ad locum, & eundo perſonaliter contra aliquem cum aliquo genere armorum in locis alijs, quàm in eis in quibus pœnæ duplicandæ veniunt per formam alicuius noſtri ordinamenti,pro quolibet inſultante, & qualibet vice in quindecim libris denariorum debeat condemnari. Sine armis verò inſultans in dictis ſimplicibus locis, vel aliquo eorũ in dimidia dictæ pœnæ puniatur pro quolibet, & qualibet vice; ſaluo iure nihilominus in quolibet

libet dictorum caſuum duplicationis, vel augumentationis facienda ratione temporis, aut loci, aut alia cauſa. Necnon etiam ſalua omni diminutione facienda propter beneficia, vel ex quauis occaſione, vel cauſa, ſecundum formam aliorum ſtatutorum,& ordinamentorũ præſentis voluminis. A prædictis autẽ pœnis intelligantur excepti inſultus,& impetus,in quibus,ſeu poſt quos immediatè per eandem, & contra eandem perſonam aliqua percuſsio, vel adminatio cum armis, vel manu vacua facta fuerit, vel ſecuta. Quo caſu pro ipſa percuſſione, & adminatione pro qualibet ipſarum puniatur ſecundum formam infraſcripti ſtatuti, & ordinamenti, & inſultus talis commiſſus ſic intelligatur eſſe confuſus, nec ex eo alia pœna reſultet.

De pœna arma extrahentis,& percutientis,vel offendentis aliquam perſonam cum armis ferreis,& cicatrice. Rub. XLIIII.

SI quis in locis ſimplicibus: videlicet in quibus per ordinamenta pœnæ non duplicentur,aliqua arma ferrea extraxerit, ſi cum ipſis armis malo modo adminauerit, pro qualibet adminatione condemnetur in libris quindecim denariorum: & ſi non adminauerit,ſed tantum extraxerit,vel nuda tenuerit, ſeu habuerit, in ſolidis ſeptem cum dimidia condemnetur. Si verò in locis alijs,ſupra de duplicatione pœnarum expreſsis ratione loci in quo prædicta, vel prædictorum aliqua commiſſa fuerint, tunc in ſingulis offenſionum caſibus duplicentur,& augumentur pœnæ ſecundum formam aliorum ordinamentorum de hoc loquentium,iuxta perſonarum loci,& temporis qualitatem: ſed ſi cum talibus armis in capite, vultu, gula, collo, vel ab inde ſupra percuſſerit aliquam perſonam cum ſanguinis effuſione, condemnetur in centum libris denariorum; & ſine ſanguinis effuſione in quinquaginta libris. Sed ſi in alia parte corporis aliquẽ cum dictis armis percuſſerit, ſi cum ſanguinis effuſione, in quinquaginta libris denariorum condemnetur; ſed ſi ſine ſanguini effuſione, in viginti quinque libris denariorum puniatur, niſi ex tali percuſsione membri amputatio, vel debilitatio, vel amiſsio ſequeretur,vel fieret,vel cicatrix foret perpetuò remanſura,ſeu fractura cranei,vel alia enormis percuſsio appareret,quo caſu in centum quinquaginta libris denariorum percutiens condemnetur. Saluis nihilominus ſemper alijs augumentationibus pœnarum faciendis in ſingulis caſibus huius ordinamenti ratione temporis,vel loci,aut perſonarum,vel alia quauis cauſa ſecundum formam aliorum noſtrorum ordinamentorum;& prædicta omnia locũ habeant, & intelligantur in cerdonibus,beccarijs,carpentarijs, & alijs artificibus, qui cum aliquo ferro incidenti, vel acuto,vel noxio adminauerint, vel percuſſerint, vt pro quolibet ipſorum, & qualibet vice puniãtur dictis modis, & ad dubitationem tollendam in ſingulis caſibus ſupradictis intelligantur, & repetetur arma ferrea, etiam quælibet materia ferrea ad nocendum apta, quamuis formam armorum non haberet, ſeu non videretur habere, vel arma eſſe.

De pœna percutientis,vel offendentis cum armis non ferreis,& adminantis cum eis. Rub. XLV.

CVM baculo, claue lignea, lapide, oſſe, vel ſimili graui materia, quæ nocere poſsit, præter ferream aliquem offendens, ſeu percutiens, vel adminans contra aliquem puniatur, & condemnetur in quolibet caſu prædictorum non totaliter,ſed pro medietate reſpectu, & ſecundum qualitatem delictorũ, & locorum in proximo præcedenti ordinamento comprehenſorum, iuxta varietatem, & diſtinctionem prædictorũ caſuum: videlicet pro quolibet, & qualibet vice in medietate pœnæ pro ſimili caſu in dicto proximo ordinamento appoſita; non obſtante differentia,& varietate armorum: ita quòd in ſingulis huiuſmodi caſibus fiat condemnatio per ſimile, ſecundum ordinem, & cenſuram dicti præcedentis ordinamenti: videlicet in medietate tantum cuiuslibet pœnæ in quolibet caſu,& non vltra,præterquam in perditione,debilitatione,amputatione alicuius membri,vel fractura oſsis, vel cicatrice, in quibus exceptuatis caſibus pœnæ diminui non valeant,neque debeant: immo per omnia, & integraliter fiat punitio ad ſimilitudinem dicti proximi præcedentis ordinamenti, armorum differentia nó attenta.Subiungimus etiam, vt pro leui,& facili materia,lapilli,vel baculi,ex qua leuis offenſio ſequeretur,& pro alia quauis ſimiliter leui materia,& offenſione poſsit mitigatio,ſeu remiſsio pœnæ fieri ad prouidentiam,diſcretionem,& arbitrium Dominorum Poteſtatis,& Priorum modo culpæ, & qualitate perſonarum, & offenſionis; & ad omnem dubitationem tollendam: ſtatuimus,quòd in quolibet caſu in præſenti,vel ſuperiori ſtatuto contento condemnetur quis pro pluribus vulneribus,ſi plura vulnera fecerit, etiam ſi vno, & eodem ictu, & cum vno genere armorum plura vulnera ſequuta fuerint.

F De pœ-

De captione, vel tactu capillorum. Rub. LI.

CAPIENS aliquem per capillos, & cadere faciens ſine ſanguinis effuſione, in libris quindecim denariorum, cum ſanguinis effuſione in libris triginta denariorum condemnetur. Capiens, vel trahẽs aliquem per capillos, & cadere non faciens, in x. lib. deñ. pro qualibet vice condemnetur.

De pluribus iniurijs, & offenſionibus ſimul factis. Rub. LII.

QVICVNQVE verbis, vel factis ſimul, vel etiam vno, & eodem conteſtu ſine interuallo, vel ſeparatim plures offenſiones fecerit, dixerit, vel cõmiſerit contra aliquem, vel aliquos quoſcunque, qualeſcunque fuerint offenſiones in quibus, vel aliqua earum non fuerit alia ſpecialis determinatio per formam noſtrorum ſtatutorum, & ordinamentorum, decernimus nõ pro vno facto ſolo, vel dicto, nec pro vna ſola offenſione reputari, vel haberi, ſed pro diuerſis potius, & pluribus offenſionibus, & iniurijs reputari, & haberi volumus. Ita ꝙ nulla earum prætextu coniunctionis, & vnitatis remanente valeat impunita, ſed potius punitio ſemper fiat de qualibet offenſione, & iniuria, quæ ſeparatim commiſſa, veniret condemnanda: ſaluo, & excepto, ꝙ inſultus, vel impetus, cũ quo, in quo, vel ex quo aliqua percuſſio, vel adminatio facta, vel ſecuta fuerit in eadem rixa contra eandem, & per eandem perſonã ſemper confundatur, & etiam adminatio per quam, in qua, vel ex qua percuſſio aliqua facta fuerit ſimiliter cõfundatur: ita ꝙ tali inſultu, & adminatione nulla condemnatio, vel executio fiat. Item ꝙ de ſola portatione, & extractione, vel proiectione ſi per eã facta, vel ſecuta fuerit in eadem rixa inter eaſdẽ perſonas aliqua adminatio, vel percuſſio, nemo puniatur: ſed ſolum de adminatione, vel percuſſione, quæ inde ſecuta fuerit.

De pœna præſtantium auxilium, conſilium, vel fauorem malefactoribus. Rub. LIII.

PRAESTANS alicui malefactori auxilium, cõſilium, vel fauorem in aſſociando, vel perſonaliter aſſiſtendo, vel ad ipſum maleficium puniatur eadem pœna, qua ipſe malefactor. Si verò aliter, puniatur in dimidia pœna, qua puniendus eſſet principalis delinquens.

De pœna damnum paſſo iniuriam facientis. Rub. LIIII.

NVLLVS damnum inferens alicui præſumat, nec audeat damnificatum, vel aliquem de ipſius dãnificati familia reperientem damnum dare, vel de recenti datum aliquo modo iniuriare, vel offendere. Qui verò contrafecerit, puniatur in duplo eius, quo alias per formam noſtrorum ſtatutorum puniendus veniret.

De pœna ſeducentis, vel deuiantis alterius coniunctum. Rub. LV.

NE ſcandala, & inimicitiæ in noſtra Terra valeant exoriri ſtatuimus, & ordinamus, ꝙ nullus noſter terrigena, habitator, ſiue forenſis audeat, vel præſumat aliquẽ iuuenẽ minoris ætatis xxv. annorũ de noſtra Terra, vel habitatorem eiuſdem ſubducere, & ſuis ſuaſionibus deuiare, vt putà aliquem filium, fratrem carnalem, conſobrinum, nepotem, vel aliquem conſanguineum alicuius noſtri terrigene, ſeu habitatoris noſtræ Terræ, & eius diſtrictus, & ipſum, vel ipſos ducere ad ſtipendium, vel ad aliquem alium locũ ſub quocunque colore ſine expreſſa licentia, & voluntate patris, matris, patrui, vel alicuius, qui curam gereret, & haberet de prædictis ſubducendis, vel ſubductis, & eorum factis, & negocijs, & qui contrafecerit in xxv. lib. deñ. pro quolibet ſubducente, & vice qualibet puniatur.

De pœna fraudantium pecuniam res, & bona Communis. Rub. LVI.

STATVIMVS, & ordinamus, ꝙ ſi quis ad aliquod officium noſtri Communis deputatus, in aliquo fraudauerit noſtrum Commune, vel pecuniam, res, & bona ipſius Cõmunis, in quadrupli eius, quod fraudauerit de facto, & ſine remiſſione aliqua puniatur, & quod fraudauerit nihilominus reddere, & reſtituere etiam de facto compellatur.

De pœna cancellantis, vel radentis ſtatutum, vel condemnationem. Rub. LVII.

VTILE prouidere viſum eſt, ne quis falſitatis crimen incurrat, qua Commune damnificari poſſit, & delinquentem puniri. Si quis ergo præſumpſerit aliquā cōdemnationem, ſeu ſententiā publicatā, proceſſum aliquod, vel conſtitutionem Statutorum voluminis fraudolenter cancellare, ſeu radere, aut cartam aliquam condemnationum, vel Statutorū auferre, ſeu ſubtrahere, aut incidere, primo omnia damna in quibus vniuerſitas læderetur, reſarciat, & pœnam centum librarum denariorum Communi ſoluat pro tanto facinore perpetrato; quod locum habere volumus in Notario reformationum ad ipſum officiū deputato, & in Notario renouationum, & correctorum, & conſtitutionum, & ſtatutorum, & cataſtorum Communis ad ipſum officium per generale Conſilium deputato.

De pœna illius, qui cartam falſam fecerit, & eius qui introduxerit. Rub. LVIII.

FALSITATIS crimen deteſtabile punientes, ſi quem falſum inſtrumentum facere acciderit, ſeu factum introducere in iudicio, & ipſo introducto vti contigerit, pœna centum librarum pro quolibet ipſorum in ſingulis actibus ſupradictis, & vice qualibet incurrere ordinamus. Quam pœnam ſi non ſoluerit infra quindecim dies à die ſuæ condemnationis, ad exemplum omnium in Communis Palatio depingatur tanquam falſarius, ac etiam ipſe Notarius in perpetuum officio Notariatus priuetur; & nihilominus in carceribus teneatur donec dictam pœnam ſoluerit cum effectu.

De pœna eius qui falſum teſtimonium tulerit, & eius qui introduxerit. Rub. LIX.

TESTIMONIVM falſum quicunque in iudicio ciuili, vel criminali, ſeu coram arbitro, vel arbitratore tulerit, in centum libris denariorum puniatur, & dictum eius non valeat; quam pœnā ſi non ſoluerit infra quindecim dies à die ſuæ condemnationis, in exemplum omnium depingatur tanquam falſarius; & nihilominus in carcere detineatur incluſus, donec dictam pœnam ſoluerit cum effectu: qui verò teſtimonio falſo ſcienter vſus fuerit, pro quolibet teſte eandem pœnam incurrat; contra quem Poteſtas, & eius Vicarius teneatur inquirere ex ſuo officio, & repertos culpabiles punire, in quibus criminibus omnibus, & ſingulis falſitatis beneficium pacis à ſtatuto traditum locum volumus non habere.

De pœna opponentis falſitatem, & non probantis. Rub. LX.

OPPONENS autem, vel quomodocunque obijciens contra aliquem Notarium, inſtrumentum publicum, ſiue teſtem, agendo, vel excipiendo aliquam falſitatem, ſtatim ipſa falſitate obiecta, ſiue criminaliter, ſiue ciuiliter, ſi interrogatus per Iudicem tribus diuerſis vicibus dixerit: in tali obiectione, ſeu oppoſitione falſitatis inſiſtere velle, & fuerit ſanæ mentis, & maior quatuordecim annis cogatur, & detineatur perſonaliter ad dandum idoneam, & cautam fideiuſſionem de perſiſtendo, & probando talem falſitatē, quo facto ſi probauerit ipſam falſitatem, condemnetur talis falſarius ſine aliquo proceſſu ad pœnam ſuperius expreſſam in duobus proximè præcedentibus capitulis, ſiue ſtatutis, & talis obijciens abſoluatur. Si falſitatem verò non probauerit, vel deſtiterit, tunc ipſe talis obijciens, vel opponens, ſoluat in Communi Caſtri Fidardi de facto ſine diminutione aliqua pro pœna tantæ temeritatis quinquaginta libras denariorum de ſuo proprio, & tantundem aduerſæ parti pro ſe, & Notario, qui confecerit inſtrumentum pro compenſatione talis infamiæ, & nihilominus ſortem debiti in inſtrumento contenti cum expenſis ſoluere teneatur; & omnes, & ſingulas obligationes, pœnas, iacturas, & promiſsiones talis opponens, ſeu obijciens eo ipſo, ꝙ deſtiterit, vel in probatione defecerit, ipſo facto incurriſſe intelligatur: ita ꝙ vigore huius ordinamenti tam ipſe opponens, quàm fideiuſſores eius realiter, & perſonaliter poſsint, & debeant cogi ad obſeruationem, & ſatisfactionem omnium prædictorum.

De incendiarijs. Rub. LXI.

IGNEM mittens, vel ponens in aliqua domo infra Terram Caſtri Fidardi, vel habitatione cauſa ipſam combutendi, ſi ipſam in totum, vel in partem combuſſerit pro ſola immiſsione, vel oppoſitione

facta

facta dicta occaſione in centum ducatis puniatur. Extra Terram verò in eius territorio, vel diſtrictu prædicta, vel aliquid prædictorum committens, puniatur in dimidia dictarum pœnarum; & prædicta locum etiam habeant in caſſina, quæ foret vltra decem pedes longa, & ampla ſex pedes: videlicet ſecundum pedem Communis in interiori parte caſſinæ. Paleare autem fœni, vel paleæ alienum, vel minorem caſsinam comburens, in viginti quinque libris denariorum condemnetur. Attentans verò tantum, & non comburens in duodecim libris, & ſolidis decem denariorum condemnetur. Cataſtam lignorum, vel cannarum alienam adurens, vel comburens, vel etiam ſtipulas, in decem libris condemnetur: & attentans tantum, & non perficiens, in ſolidis centum denariorum puniatur. Vineam aliquam, ſeu vites à decem vitibus ſupra, vel etiam ſegetem, ſiue bladum compoſitum, ſeu admucchiatum comburens in quinquaginta libris denariorum condemnetur: non compoſitum verò, nec admucchiatum bladum, vel aliquam arborem comburens in decem libris denariorum condemnetur: attentans verò, & non perficiens, in centum ſolidis denariorum puniatur: pauciores verò vites de vinea incidens puniatur arbitrio Poteſtatis, vel Vicarij, iuxta qualitatem facti, & perſonæ. Pergulam cum vitibus comburens, vel attentans comburere in vtroque caſu, ſecundum iam dictam ſimilitudinem puniatur. Aliquod animal comburens pro quolibet, & qualibet vice in viginti quinque libris denariorum condemnetur: attentans autem in dimidia parte dictæ pœnæ condemnetur. Pannum alienum, vel lanæ, vel lini, aut mixtum comburens, in decem libris denariorum condemnetur: attentans tamen in centum ſolidis denariorum puniatur. Siluam, vel plures ſiluestres arbores comburens in decem libris denariorum cōdemnetur: vnā verò arborem ſiluestrem cōburens in quadraginta ſolidis denariorum condemnetur: attentans in quolibet proximiorum caſuum in dimidia puniatur. Fractam comburens, vel attentans alienam modis, & pœnis ſimilibus puniatur. Alias verò res non ſpecificatas comburens, vel comburere attentās, iuxta prædicta per ſimilitudinem puniatur, & in quolibet caſuum prædictorum ſemper cōdemnetur delinquens ad emendationem damni in eodem proceſſu, vnà cum pœna: non obſtante, quòd non eſſet petita, vel in iudicio deducta. Præterea huiuſmodi periculoſis caſibus obuiantes in quantum poſſumus firmamus, quòd nemo de cætero in territorio Caſtri Fidardi in aliquo loco alieno, vel proprio audeat, vel præſumat ignem proijcere, vel mittere cauſa comburendi aliquam fractam, rotam, coronam, ſpinetum, vel buſcum, vel aliquod ſtoppiale, vel ſodum, vel aliam ſimilem rem quocunque tempore à Calendis Iunij vſque ad feſtum Aſſumptionis beatæ Mariæ de Menſe Auguſti incluſiuæ ſine licentia noſtri Poteſtatis: & dictus Poteſtas dare teneatur petentibus quando Dominis Prioribus dictæ Terræ, qui pro tempore erunt videbitur, & placebit, conſiderata qualitate petentium, & locorum. Contrafaciens in prædictis pro quolibet, & vice qualibet, in viginti quinque libris denariorum puniatur, & ad damni emendationem condemnetur; & licentia data in contrarium dicto tempore non obſtante. Alijs verò temporibus ante, & poſt dictum terminum quilibet poſſit, & valeat in re, & poſſeſsione propria, vel conducta licitè mittere ignem: dum tamen nihilominus præcaueat, ne rem alienā damnificet: adijcimus ad cautelam, quòd ſemper dum acciderit ignem immitti in aliquam rem, vel poſſeſsionem territorij Terræ Caſtri Fidardi erecto fumo, vel flamma vicini, & circunſtantes ipſius poſſeſsionis proximiores eo tempore in ea contrata morantes, teneantur, & debeant ſine mora ad ipſum ignem occurrere ad ſciendum, & inueſtigandum perſonam, quæ poſuerit, & immiſerit talem ignem, & exclamare alta voce: & nihilominus Poteſtati, ſiue Iudici noſtro referre, necnon, & Prioribus, vel maiori parti ipſorum non ſecreto, ſed publicè, & perſonam de prædictis culpabilem, vel ſuſpectam, quæ non poſsideret immobilia in Terra, vel diſtrictu Caſtri Fidardi perſonaliter præſentare officialibs Terræ Caſtri Fidardi.

De furtis, & male ablatis in genere. Rub. LXII.

FVRTVM faciens rei alienæ, vel rem per vim accipiens, ſi res fuerit maioris valoris viginti ſolidorum, pœna decem librarum denariorum puniatur. Si verò fuerit valoris viginti ſolidorum, vel ab inde ſupra vſque ad centum ſolidorum excluſiuè, in viginti quinque libris denariorum puniatur. Si verò fuerit valoris centum ſolidorum, vel ab inde ſupra vſque ad decem libras excluſiuè, pœna quinquaginta librarum denariorum puniatur, & in quolibet caſuum prædictorum ad reſtitutionem rei ſubtractæ condemnetur, & compellatur; quas pœnas ſi vna cum reſtitutione rei ſubtractæ integrè non ſoluerit, & ſatisfecerit infra terminum quindecim dierum à die latæ ſententiæ computandorum fuſtigetur per totā Terram Caſtri Fidardi, & fuſtigatus ad carcerem reducatur, & inde non relaxetur donec pœnam cum rei

reſtitutione,ſeu extimatione ſoluerit, & integrè ſatisfecerit, quæ ante dicta in damnis datis de die commiſſis tantum locum non habeant,ſed ſtatuta de damnis datis loquentia obſeruentur.

De furtis retium,auium,& piſcium,vel impedimentis eorum. Rub. LXIII.

SI quis aliquod rete alienum non cum voluntate domini,vel poſſeſſoris,ac etiam naſſam furatus fuerit,vel acceperit,ſoluat Communi Caſtri Fidardi bannum decem librarum denariorum; & qui in alterius rete,naſſa, panthana,vel laqueo per alium licitè poſitis aucupauerit,piſcatus fuerit,manu traxerit piſces,aut aues,non cum voluntate principalis,qui ipſa poſuerit,erexerit,vel præparauerit,in centum ſolidis denariorum condemnetur; in piſcheria autem piſces capiens in libris decem denariorum pro quolibet, & vice qualibet puniatur. Et qui in prædictis, vel aliquo prædictorum tedium, vel ſpauentationem intulerit in quadraginta ſolidis denariorum vice qualibet puniatur;& in quolibet dictorum caſuum ſemper damnum patienti emendetur: ſaluo ꝙ liceat domino in ſua poſſeſſione accipere de auibus,& piſcibus,aut venatione ſi in prædictis inuenerit ſine banno,& pœna retibus,& ſimilibus rebus ei,qui poſuerit ſemper ſaluis.

De furto,& diſsipatione apium, & examinum. Rub. LXIIII.

APES, vel earum fructum,aut examen,ſeu vas,in quo apes eſſent,quiſquis furatus fuerit,corruperit,vel deuaſtauerit præter voluntatem domini, vel poſſeſſoris, in viginti quinque libris denariorũ puniatur vice qualibet,& pro quolibet vaſe,vel examine, nihilominus teneatur ad emẽdationem damni in duplum,& quilibet poſſit accuſare, & denunciare, cuius dicto ſtetur cum dicto vnius teſtis bonæ conditionis,& famæ,& teneatur ſecreto,& habeat quartam partem pœnæ.

De pœna noxium facientis in palumbaria. Rub. LXV.

FRANGENS, vel intrans palumbariam alienam ſine licentia domini, & inde extrahens palumbos,vel pipiones qualibet vice in quinquaginta libris denariorũ condemnetur. Intrans verò in alienam palumbariam dicto modo,vel aſcendens in eam,& columbum,vel pipionem,vel aliud non accipiens inde,vel ad eam adhærens ſcalam,lignum,vel ramum,aut componens lapides, vel aliud ſimile ad pedem palumbariæ, in viginti quinque libris denariorum pro quolibet, & vice qualibet condemnetur: dum tamen ſi acceperit palumbum,vel pipionem;condemnetur de acceptione tantum,& non de alijs,& ſi aſcenderit,& non acceperit,condemnetur de aſcenſu tantum,vel introitu, & non de alijs prædictis. Proijciẽs verò in palumbariam, vel mittens aliquod noxium ſine domini voluntate, in decem libris denariorum condemnetur. Capiens verò alienum palumbum palumbariæ, vel domeſticum alibi, quàm in palumbaria, cum arte, laqueo, vel cum aliquo aleſcatio,vel venaccio,vel abbeueratio, in decem libris pro quolibet palumbo,& vice qualibet puniatur, & huius rei accuſatio, denunciatio, ſeu relatio à qualibet perſona recipiatur,& quolibet modo procedi poſsit,& ſtetur,& credatur ſacramento referentis bonæ cõditionis,& famæ cum dicto vnius teſtis ſimilis famæ, & conditionis, & in quolibet dictorum caſuum damnum paſſo per talem delinquentem emendetur in duplum.

De pœna capientis equos alienos,& animalia aliena. Rub. LXVI.

EQVOS, equas, mulos, mulas, aſinos, aſinas, boues, ſiue vaccas alienos, vel alienas permanentes ad paſculandum in territorio Caſtri Fidardi nullus audeat, vel præſumat capere, ducere, equitare, onerare,vel cum eo laborare,ſeu aliquid aliud facere ſine licentia dominorum ipſorum animalium; contrafaciens pœna centum ſolidorum denariorum, & ad refectione damnorum, & intereſſe pro quolibet animali,& vice qualibet puniatur. Quod ſtatutum locum non habeat in reconducentibus animalia foренſium reperta in noſtro territorio ad paſculandum, ſed iuxta formam ſtatuti,poſiti in damnis datis de foренſibus,fieri volumus.

De interfectoribus animalium. Rub. LXVII.

ALIENVM equum,equam,bouem,vaccam,aſinum,aſinam,mulum, mulam, & his ſimile, vel eorum generis animal occidens cum armis,vel ſine, in viginti quinque libris denariorum condemnetur,& ad damnum emendandum in duplum;nec de carcere dimittatur, niſi prius facta tam pœnæ, quàm emendationis ſolutionis. Pecudem,capram,porcum,gallinam,& his ſimilia,vel eorum generis animal valoris x. ſolidorũ,vel abinde ſupra,vel canem,anitram,anſerem,vel eorum generis,& his ſimile,vel columbum domeſticum interficiens, in quadraginta ſolidis deñ. pro quolibet animali, & quolibet delinquente, & vice qualibet condemnetur: percutiens autem, & non occidens aliquod prædictorum in quolibet caſuum prædictorum,puniatur in dimidia ad ſimilitudinem præmiſſorum caſuum, & ſemper damnũ parti emendetur in duplum. Excipimus tamen à prædictis canem ferocem, qui occiſus,vel percuſſus fuerit in ferocitate, & in reſiſtentia perſecutionis, quam fecerit contra aliquam perſonam, vel contra aliquod animal domeſticum; nec etiam puniatur aliqua perſona percutiens,vel occidens canem rabioſum.

De malitioſo domus ingreſſu. Rub. LXVIII.

DOMVM alterius infra Terram Caſtri Fidardi poſitam præter domini licentiam,ſi quis occultè,vel malitioſè,violenter intrauerit, in centum libris denariorum vice qualibet puniatur, & intelligatur malitioſus ingreſſus: ſi ex aliqua præſumptione,vel inditio apparuerit intraſſe, vel inuentus fuerit modo ſuſpecto. Addimus huic præſenti ordinamento, quòd ex mero officio per inquiſitionem procedi non poſſit contra intrantes malitioſè domos non habitatas, extra terram autem in aliquam domum, vel caſsinam, aut molendinum alterius aliquo dictorũ modorum ſi quis intrauerit, vel repertus fuerit, tunc pro ipſo ingreſſu malitioſo in decem libris denariorum condemnetur: & ſi perſona malæ famæ, vel veriſimiliter ſuſpecta aliquo dictorum modorum inuenta fuerit intraſſe, etiam non exiſtentibus legitimis indicijs,tormentis ſubijciatur: ita ꝙ veritas eluceſcat,& pœna condigna ſequatur. Et qui domum, vel caſsinam,vt ſupra intrauerit poſt prohibitionem intelligatur,& reputetur malitioſè intraſſe, & pœna viginti quinque librarum denariorum puniatur.

De pœna accipientis aliquam chartam,vel rem à manibus alicuius. Rub. LXIX.

DE manu alicuius præter voluntatem ipſius retinentis,accipiens,vel grappans aliquam cartham, librum,aut inſtrumentum,in quinquaginta libris denariorum condemnetur; & ſi lacerauerit in centum libris denariorum puniatur; & ſi aliam rem de manu alterius quis acceperit valoris duodecim denariorum, vel abinde ſupra in decem libris denariorum condemnetur: minoris verò valoris rem de manu alterius dicto modo accipiens in quadraginta ſolidis denariorum puniatur.

De pœna turbantis,vel occupantis poſſeſsionem. Rub. LXX.

POSSESSIONEM apud aliam conſtitutam,& pacificè detẽtam,& poſſeſſam,ſiue mobilem,ſiue immobilem violenter,vel clam auferens,ſeu occupans, authoritate videlicet ſua, & ſine Iudicis licentia,vel decreto: ſi quidem res eſſet valoris viginti ſolidorum, vel minoris in centum ſolidis denariorum Communi condemnetur. Et nihilominus rem ablatam ſummariè,& de facto per Iudicem reſtituere ſpoliato compellatur,& à iure ſuo ipſo facto cadat,& cecidiſſe intelligatur. Si verò maioris valoris, vel extimationis res fuerit,vel eſſet,cuius poſſeſsio dicto modo ablata, vel occupata extiterit; tunc talis ſpoliator eo modo ſuo iure priuetur,& intelligatur ſpoliatus,& poſſeſsionem reſtituat ſpoliato, & nihilominus in lib. quinquaginta deñ. condemnetur. Si vero quis aliquem in ira alicuius poſſeſsionem turbauerit,inquietauerit,vel moleſtauerit,quam turbatus,inquietatus, vel moleſtatus poſſederit pacificè,tunc ſi talis res poſſeſſa eſſet valoris quadraginta ſolidorum,vel infra talis turbator,inquietator,vel moleſtator condemnetur in centum ſolidis denariorum; & ſi res maioris valoris fuerit in quindecim libris denariorum condemnetur,& ſemper ab omni iure,& commodo talis rei,& poſſeſsionis ipſo facto,& iure cadat,& intelligatur priuatus,nec ſuper ea aliquatenus audiatur in aliquo caſuum prædictorum, ſuper quibus omnibus,& ſingulis tam quoad negotium principale,quàm quoad pœnas, volumus, quòd de plano, & ſine

omni ſtrepitu, & figura iudicij procedatur, & proceſſus inde factus valeat, & teneat pleno iure, non obſtante iuris, vel iudicij ſubſtantia, vel ſolemnitate omiſſa, & in quolibet dictorum caſuum occupationis, inuaſionis, turbationis, & moleſtationis ſi talis inuadens, vel occupans, aut inquietator, vel moleſtator aliquod ius in te, vel poſſeſsione tempore occupationis, vel turbationis non haberet, condemnetur parti, contra quam talis occupatio, ſeu inuaſio, atque conturbatio facta fuerit pro ſuo intereſſe in quindecim libris denariorum ſummariè, & de facto, ac iuris etiam, & iudicij ſolemnitate omiſſa. Dum tamen de veritate prædictorũ legitimè conſtet, & Rector hæc omnia obſeruare teneatur vinculo iuramenti, & pœna quinquaginta librarum denariorum de ſuo ſalario.

De pœna illius, qui inuaſerit, ſeu apprehenderit tenutam à Rectore datam. Rub. LXXI.

TENVTAM à Rectore, ſeu eius officiale, ſeu eorum nuncio mandato officialis datam alicui ſiquis abſtulerit, ſeu retinuerit, vel inquietauerit cui data eſt, decem libras denariorũ Communi pro banno ſoluat, & deiectus, vel inquietatus in ſua tenuta omni exceptione remota reponatur, ſeu reſtituatur, & defendatur, & manuteneatur.

De pœna occupantis, vel impedientis viam Communis, vel vicinalem, foueum, ſplatium, aut aliam rem Communis. Rub. LXXII.

VIAM aliquam publicam, uel plateam, ſiue ſplatium, ſeu ſcarpam, uel ripam, aut foueum Communis occupans, uel apprehendens, ædificans, ruinans, uel fodiens, aut laborans pro quolibet, & uice qualibet in decem libris denariorum condemnetur. Si uerò non occupauerit, nec apprehenderit, ſed tantum impediuerit, uel impedimentum, ſeu obſtaculum ibi appoſuerit, & tenuerit per unam diem, propter quod non commodè per talem rem, uel iri, ſeu etiam ſtari poſsit, in quadraginta ſolidis denariorum puniatur: ſaluo ſi in procinctu, uel apparatu alicuius ædificationis licitè faciendæ, uel quæ fieret aliquis in tali loco lignamina aliqua, cementa, lapides, & his ſimilia poſuerit, & tenuerit per dictum tempus, uel etiam ultra cum ſcientia, & licentia noſtri regiminis, quo caſu ad pœnam minimè teneatur. Vicinalem uerò uiam quicunque occupauerit, uel apprehenderit in centum ſolidis denariorum puniatur. Si uerò tantum impediuerit, vel impedimentum ibi tenuerit contra voluntatem attinentium vicinorum, ſeu vicini per dictum tempus vnius diei, in viginti ſolidis denariorum condemnetur. Si quis autem de aliquo ſticcato, muro, corridorio, barbacano, bertiſca, ſcarpa, ponte, vel porta, grappo, cluſimine, vel cancello, vel sbarra Communis aliquod lignum, lapidem, vel ferrum ſine licentia Dominorum Priorum, aut maioris partis ipſorum ſcripta per Cancellarium accœperit, vel portauerit, ſeu tranſmutauerit, aut fregerit, aut ſmãnauerit, ſeu proiecerit, tunc pro quolibet, & vice qualibet, in centum ſolidis denariorum condemnetur: occupans verò, apprehendens, vel impediens per dictum tempus aliquam viam propriam, iter, aut actum, ſeu anditum alicuius contra ſuam voluntatem, in quadraginta ſolidis denariorum pro quolibet, & vice qualibet puniatur. Et in quolibet caſuum prædictorum tam occupans, ſiue apprehendens, quàm impediens, & obſtaculum ponens ad liberam, & expeditam relaxationem rei occupatæ, vel impeditæ infra tres dies, ex quo conſtiterit de prædictis modis omnibus compellatur. Accipiens verò de prædictis rebus Communis de dictis locis ad reponendum, & reactandum ibi de nouo duplum rei accœptæ, fractæ, vel præcipitatæ, ſeu ruinatæ cogatur, & teneatur de facto. Et talem accuſationem, denunciationem, ſeu relationem eſſe volumus popularem. Itaque ad petitionem cuiuſcunque perſonæ poſſit, & debeat procedi ſuper prædictis, & quolibet prædictorum, iure contrario non obſtante.

De termino moto, & quæſtione confinij. Rub. LXXIII.

TERMINVM in aliquo confinio inter conuicinos appoſitum, vel affixum quæcunque perſona malitioſè, vel fraudolenter amouerit, aut extraxerit, vel vbi affixus, vel appoſitus eſſe non conſueuerit malitioſè, vel fraudolenter appoſuerit, vel infixerit, in libris triginta denariorum vice qualibet puniatur, & intelligatur malitioſè, vel fraudolenter poſitus, extractus, & etiam infixus, quando ſine inquiſitione, & voluntate alicuius de conuicinis, cuius intereſt, vel ſine iudicis, ſiue aſſeſſoris competentis licentia, authoritate, vel decreto; talis extractio, aut infixio, ſeu appoſitio facta fuerit, & in quolibet caſuum prædi

ctorum

eorum terminus ad debitum confinem, & debitam formam reducatur; nec talis amotio, ſeu infixio alicui partium præiudicare poſsit in aliquo; & quoties alicuius termini, vel confinij quæſtio, ſeu contentio inter aliquos conuicinos verteretur vel eſſet, tunc iudex, vel aſſeſſor ad cuiuſcunque partis petitionem quàm primum nouerit, cogat vtranque partem ad eligendum vnum, vel plures homines pro quolibet de legalioribus, & antiquioribus ad videndum, declarandum, & faciendum talem determinationem, & tales electos compellat ad diuidendum, diffiniendũ, & terminandum prædicta; & quicquid per tales ſic electos factum, & dictum fuerit in prædictis, & etiam per Iudicem, ſiue aſſeſſorem in dicto modo, valeat, & teneat pleno iure, ſolemnitate, vel forma omiſſa non obſtante; dummodo tales electi ſemper iurauerint eorum corporali iuramento talia facere, & expedire bona fide, & ſine fraude aliqua.

De pœna illius, qui rem vendiderit duobus. Rub. LXXIIII.

STATVIMVS, & ordinamus, ꝙ quicunque in ſolidum duobus, vel pluribus vnam rem, vel plures vendiderit, vel donauerit, ſeu aliquo modo alienauerit, non notificãdo vltimo emptori, ſeu cui ſit alienationem primam, tanquam falſarius puniatur, ac ſi falſum teſtimonium perhibuiſſet, & nihilominus illa alienatio ſit firma, & ille potior ſit, qui primus ipſius rei alienatæ traditionem, vel poſſeſsionem corporalem acquiſiuerit verè voluntate alienantis accedente, non autem fictæ per præſumptionem iuris, ſcilicet conſtituendo ſe ſuo nomine poſsidere, vel recipiendo præcario nomine, vel conductionis, ſeu colonie rem alienam: ſi autem venditor poſt dictam primam venditionem fuerit in vera, & corporali poſſeſsione dictæ rei venditæ, ſeu donatæ per vnum annum, volumus dictam pœnam incurrere non debere.

Quod nullus contendat de parte, vel litigetur. Rub. LXXV.

STATVIMVS, & ordinamus, ꝙ nullus terrigena, vel habitator Terræ Caſtri Fidardi debeat cum aliquo litigare de Parte aliqua, nec ipſam Partẽ illicitẽ nominare; & ſi quis contrafecerit, ſoluat pro qualibet vice ſolidos viginti denariorum, & credatur ſacramento accuſatoris cum dicto vnius teſtis, de quo banno medietatem habeat accuſator, & alteram noſtrum Commune.

De pœna facientium ſeditionem, vel ſuſpectam ſocietatem. Rub. LXXVI.

DICIMVS, & ordinamus, ꝙ de cætero ſeditionem, ſocietatem, coniurationem, ſeu conſpirationẽ, ligam, vel conuenticulam prohibitam, vel ſuſpectam, & non permiſſam ſpecialiter per noſtra ordinamenta, vel probabilem conſuetudinem noſtræ Terræ, hactenus obſeruatam nemo facere ordinare, vel etiam attentare præſumat in Terra Caſtri Fidardi, vel eius diſtrictu contra quietum, & bonum ſtatum dictæ Terræ, vel ex qua quietus, & pacificus ſtatus dictæ Terræ veriſimiliter perturbari poſſet, de qua ſimilitudine Rectoris ſtetur arbitrio. Capitaneusque, caporalis, ſeu principalis, vnus, vel plures in publicatione omnium ſuorum bonorum in dicto Communi puniatur, & in Palatio Communis tanquam conſpiratores, ſeditioſi, & factioſi depingantur, & de dicta Terra, & eius diſtrictu purpetuò expellantur; reliqui verò eorum ſequaces in ducentis libris denariorum pro quolibet puniantur. Si verò conſpirationem, ſeditionem, ſocietatem, & ligam huiuſmodi contra ſingularem perſonam, ſeu aliter fecerint, principales in libris ducentis denariorum; ſeguaces verò in libris quinquaginta denariorum condemnari debeant.

De pœna intrantium aliunde quàm per portas. Rubr LXXVII.

IN aliunde, quam per portas introitu varijs modis exceditur: nam rumpendo murum, vel cluſimen aliquod quicunque perſona Terram Caſtri Fidardi intrauerit, vel de ipſa exiuerit per talem rupturam ipſo iure, & facto omnia ſua bona amittat, & applicentur, immo applicata intelligantur noſtro Communi, & perſona taliter delinquens ſi haberi poterit acriter torqueatur, & in carceribus noſtri Communis detineatur per annum, & demum publicè expulſa à noſtra Terra, & diſtrictu ſit per triennium exbannita. Et ſimiliter puniatur quiſquis per talem rupturam intrauerit; non obſtante, quòd non interfuerit ad rumpendum. Aſceudens, vel deſcendens per murum noſtræ Terræ, intrando, vel exeundo ipſam Terram, vel de ipſa Terra, in centum libris denariorum condemnetur; & nihilominus torqucatur arbitrio Poteſtatis.

de dicta Terra, de qua neceſsitate ſtetur arbitrio ipſius Poteſtatis, & Priorum, cum quorum Priorũ aſſenſu cuſtodes huiuſmodi alios, quàm de ſua familia, & ſemper ſaluo ſuo periculo habeat deputare: & nihilominus quilibet dictorum cuſtodum pro quolibet aufugiente, & qualibet vice, pœna quinquaginta librarum denariorũ puniatur, & grauius, delicti, & facti qualitate penſata arbitrio Poteſtatis, & Priorum. Si verò aliquis non carceratus carceres fregerit, vel cauſam dederit, quòd carceres frangantur, vel ad eas frangendas dederit auxilium, conſilium, & fauorem, pœna ducentarum librarum denariorum ſine remiſſione aliqua puniatur, & ad pœnam qua aufugiens tenebatur, nihilominus obligetur. Si verò aliquis carceratus carceres fregerit, ſeu ad ipſas frangendas aſſenſum, auxilium, conſilium, vel fauorem præſtiterit, pœna quinquaginta librarum denariorũ teneatur, & pro conuicto, & confeſſo habeatur id, propter quod in carceribus detinebatur, & ſemper ſit in banno, vel in carceribus detineatur ſi haberi poſsit, donec tam noſtro Communi, quàm alteri, ad cuius petitionem in carceribus teneretur de pœnis prædictis, & debitis per eum integrè ſatisfactum fuerit. Attentantes autem, ſeu ad tentandum aſſenſum, conſilium, auxilium, vel fauorem præſtantes, fracturam carceris prædicti, & non complentes, & ad effectum non perducentes in medietate dictarum pœnarum condemnetur.

De pœna habentis vxorem, & amaſiam. Rub. LXXXII.

FORNICARIAM, ſeu amaſiam in domo, vel alibi, ſi quis vxoratus habere, vel retinere præſumpſerit bannum quinquaginta lib. denariorũ pro tam turpi aſſuefactione incurrat, tam retinens quàm retenta, nec aliquis audeat talibus fornicario, vel fornicariæ domum locare, vel habitationem gratis dare, aliter ſimili pœna puniatur, & nihilominus Poteſtas ipſam talem fornicariam de noſtra Terra, & diſtrictu expelli facere, & eam in perpetuò banno ponere teneatur ſub vinculo iuramenti, & pœna quinquaginta librarum denariorum.

De pecuniaria pœna adulterij, ſtupri, & lenocinij. Rub. LXXXIII.

STATVIMVS, & ordinamus, quòd carnaliter cognoſcens de die, vel de nocte nuptam, viduam, vel virginem voluntarias non malæ famæ, pœna centum librarum denariorum ſine remiſſione aliqua puniatur. Si verò per violentiam quis aliquam nuptam, viduam, vel virginem cognoſcat, vel cognoſcere attentet per actum proximum, putà domum propriam, vel cõductam, ſiue habitationis nuptæ, viduæ, vel virginis huiuſmodi, animo eas carnaliter cognoſcendi intrando de die, vel de nocte, pœna ducentarum librarum denariorum ſine remiſsione aliqua puniatur, & nupta dotem amittat, & viro ſuo applicetur, etiã ſi reconciliauerit: de delictis autem prædictis procedi non poſsit per inquiſitionem, ſed ſolum per accuſationẽ parentũ, maritorũ, fratrum carnalium, ſi eos, vel alterum ipſorum mulier habuerit: aut alias per conſanguineos infra ſecundum gradum, ſecundum ius Canonicum computandum directè inſtitutam, & porrectam. Lenocinium autem faciens, vel committens qualitercunque, & quomodocunque, pœna ſupradicta puniatur, ſecundum diſtinctionem caſuum præcedentium: videlicet de lenocinio mulieris voluntariè cognitæ, vel per violentiam cognitæ, vel attentatæ, vt ſupra.

Quod mulier nupta ſoluat bannum de dote ſua. Rub. LXXXIIII.

ITEM ſtatuimus, & ordinamus, q; ſi aliqua mulier terrigena, ſeu habitatrix Terræ Caſtri Fidardi abſque conſenſu viri ſui habuerit cum aliqua, vel aliquibus verba iniurioſa, aut verbis, vel factis alicui iniuriam intulerit, ſi ea occaſione fuerit condemnata, teneatur ſoluere bannum Cõmuni de dote ſua tantum, & non de bonis viri ſui, ſiue mariti: & ſi bannum aliquod eius maritus pro vxore ſua ſoluerit, quòd ipſum bannum excomputetur in dote ipſius mulieris, quandocunque à marito repeteretur, & hoc locum habeat in præteritis, præſentibus, & futuris.

De pœna euntium poſt tertium ſonum campanæ. Rub. LXXXV.

DE nocte poſt tertium ſonum campanæ, vſque ad aliud ſonum campanæ ad ſalutationem Mariæ de mane quicunque per aliquem officialem, vel familiarem Poteſtatis fuerit inuentus ire per Terram

Caſtri Fidardi,vel extra domum morari,ſtare,vel eſſe,de quo liberè ſtetur,& credatur relationi talis officialis,vel familiaris,in quinq; ſolidis denariorum de facto,& ſine aliquo proceſſu puniatur: prohibemus tamen ne aliqua habitatrix Terræ Caſtri Fidardi bonæ conditionis,& famæ reperta extra domum non in aliquo delicto,vel in aliquo crimine ducatur,vel duci poſsit ad Palatium per familiam,vel officiales prædictos ſi fideiuſſorem de Terra Caſtri Fidardi dare voluerit, ſed potius dimitti perſonaliter, & relaxari,& ei mandare,quòd ſequenti mane reuertatur ad mandata Curiæ, & de dicta pœna puniri, vt iuris fuerit à prædictis excipiantur Medici, & qui pro medicamine occaſione alicuius infirmi euidenter iret, vel accederet,Notarius,& teſtis iens,vel rediens pro aliquo teſtamento, vel vltima voluntate tunc facienda, vel facta, per aliquem grauiter ægrotum. Item Barberius, qui iuiſſet, ſeu iret ad flebotomandum, vel coppandū aliquem grauiter infirmum, necnon mareſchalcus, qui acceſsit, ſeu accederet cauſa medelam exibendi alicui animali euidenter patienti. Item duo ſocij cuiuslibet prædictorum excceptorum bonæ famæ. Item quicunque bonæ famæ iret,vel inuentus eſſet cum igne, vel lumine, necnon perſona infra tertiam domum à domo ſuæ habitationis non computata. Item famulus cuiuslibet Friſtolarij, vel Mercator qui iret,vel rediret pro menſuratione,vel portatione oliuarum,vel frumentorum. Item qui iret cauſa olei portandi,vel faciendi tempore friſcolorum verè,& non fictè; necnon iens,vel rediens cauſa actaminis,vel conciminis alicuius beſtiæ. Item quilibet laborator iens ad domum patroni, & rediens ad domum ſuam per directam viam. Item quilibet tarda hora, & ipſo tempore veniens extra portam. Item quilibet cuſtos iens,vel rediens cauſa cuſtodiæ Terræ ſibi impoſitæ. Item qui ad aliquem rumorem manifeſtum, vel ignis incendium, etiam ſi cum armis acceſſerit. Item in eundo,vel redeundo ante aliquem mortuum, vel alia ſimili occaſione licitè, in quibus exceptis caſibus, & perſonis ſimilibus dictæ pœnæ, nequaquam vendicent ſibi locum; & regimen teneatur vinculo iuramenti, & pœna centum ſolidorum denariorum de ſuo ſalario, quolibet ſero facere more conſueto pulſare campanam tribus vicibus diuerſis, & diſtantibus ſatis ad extenſam, & in tertio ſono dari ſufficiat tria mutta, & demum mittere officialem, & familiam ad cercam contra prædictos. Addimus huic ordinamento, quòd quicunque repertus fuerit de nocte per officialem, & interrogatus de nomine, nomen mutauerit, item ſi ante officialem aufugerit, puniatur in quolibet caſu prædictorum pro quolibet, & vice qualibet in quadraginta ſolidis denariorum de facto: & nihilominus ſi haberi poterit, ducatur ad Palatium, & diligenter examinetur inſpecta qualitate,& conditione perſonæ.

De pœna ludentium ad ludum azzardi,ſiue taxillorum, vel prohibitum ludum. Rub. LXXXVI.

AD ludum azzardi,vel taxillorum, vel ad ludum tabularum, ſiue alearum, vel ad ludum prætarum, ſiue lapidum,vel cionorum,aquearium,vel piolorum,vel virghittarum, vel ad alium ludum,in quo denarij,vel res alie perderentur,vel vincerentur: præter infraſcriptos caſus exceptos, ludens,faciens,ſiue iocans, in quinquaginta ſolidis denariorum pro quolibet, & vice qualibet puniatur: tenens autem,vel receptans,aut patiens ludi, vel ludum fieri,aut luſores ad ludendum ad aliquem de prædictis ludis in domo,re,habitatione,vel poſſeſſione propria,vel conducta,qualibet vice,in duplo dictæ quantitatis,& pœnæ puniatur; niſi talis in cuius loco aliquo prædictorum prædicta cōmitterentur,notificauerit noſtro Poteſtati,vel eius officialibus,& antequam ludus ſit expeditus,quo caſu non teneatur ad pœnam. Præſtans verò ad aliquem ludum de prædictis aliquem denarium, vel monetam, aut pecuniam, vel aliud pignus, puniatur pro quolibet, & qualibet vice,in viginti ſolidis denariorum; & quod præſtauerit perdat omnino,nec ſuper audiantur in iure. Tabolerium, lumen,taxillos, vel aliquod ſimile, vel aliquod prædictorū: mutuans,commodans,vel etiam dans per ſe,vel alium,in viginti ſolidis denariorum pro quolibet,& vice qualibet puniatur. Item excipimus omnino ludum ſcaccorum, qui ex ingenio, & non ex fortuna dependet. Item ludum tabularum de totis tabulis,ludum cionorum, & ludum piaſtrellarum,ſiue prætæ cauallę, in quibus licitè ludi,præſtari,& receptari poſſit,nulla prædictarum pœnarum obſtante: præterquam in taberna,vel in aliquo loco,vbi vinum venderetur, in quo, ſine aliqua exceptione ex prædictis, & quolibet prædictorum fieri,vel committi prohibemus expreſsè ſub pœnis prædictis. Volumus etiam, quòd de prædictis,& quolibet prædictorum quilibet poſſit accuſare, denunciare, & referre,& ſi voluerit teneatur nomen eius ſecretum, & habeat quartam partem pœnæ ſi voluerit, & ſi luſerit taxillis,præſtiterit,vel aliud circa ludum, & ad ludum pertinens commiſerit, ad ipſum ludum notificatum, non teneatur ad aliquam

pœnam

pœnam ſiquidem retulerit, vel notificauerit antequam ad notitiam Rectoris aliter venerit; & de talibus delictis,& quolibet eorum ſtetur,& credatur iuramento, & dicto referentis cum vno teſte fide digno, & bonæ famæ,& etiam liberè credatur,& ſtetur inuentioni,& relationi cuiuslibet officialis birruarij,vel familiaris, & omnes, & ſingulæ dictæ pœnæ ſoluantur,& exigantur de facto ſine aliquo proceſſu,& ſolennitate iuris.

De petimijs,ſiue blasphemijs non petulandis. Rub. LXXXVII.

AD bonorum morum conſeruationem,ſtatuimus,& ordinamus,ꝙ nullus,nullaq́; audeat,vel præſumat in Terra Caſtri Fidardi, vel eius diſtrictu prorumpere, vel petulare,ſiue turpiter dicere aliquā petimiam,ſiue blaſphemiam,vel anguinem,buceram,carbuncellum,vel tinconeam rabiem, apoſtemam, tineam,naſcitam,intracem,ſerrum, aut mal de cadia, & his ſimilia; ſi talis petulans dicens,ſiue blaſphemans maior eſſet ætate decem annorum, vſque ad ætatem quatuordecim annorum, puniatur de facto in quinque ſolidis denariorum ſine aliqua diminutione: ſi verò eſſet maior quatuordecim annorum,puniatur in viginti ſolidis denariorum ſine diminutione aliqua: ab ætate verò decem annorum infra ſtetur, & remittatur caſtigationi paternæ,vel ſuorum affinium,vel conſanguineorum.

De filiofamilias,& minore puniendo. Rub. LXXXVIII.

QVAELIBET perſona ætatis decem annorum,vel vltra,etiam ſi filiafamilias eſſet tempore condemnationis,ſiue pœnæ,vel etiam fuerit tempore maleficij, vel delicti, ſiue iudicij, vel proceſſus, poſſit, & debeat criminaliter puniri, condemnari, & contra eam procedi pro dimidia eius pœnæ, qua puniretur quilibet ætatis viginti quinque annorum, & extra patriam poteſtatem; & proceſſus, iudicium,condemnatio,& pœnæ impoſitio contra eam occaſione maleficij, vel delicti,valeat,& teneat authoritate præſentis ſtatuti pleno iure,ætate,vel patria poteſtate non obſtante,& non obſtante, ꝙ patris,tutoris,vel curatoris authoritas,vel conſenſus non interuenerit: minoris verò ætatis decem annorum perſona criminaliter conueniri,vel condemnari non poſsit.

De impunitate offenſionis inter coniunctos,& cohabitantes. Rub. LXXXIX.

PATER, mater,filius,filia,frater,ſoror,ſocer,ſocrus,gener,nurus,cognatus,cognata,vir,vxor,& ſimiles attinentes,quocunque gradu conſanguinitatis,vel affinitatis coniuncti,vſque in tertium gradum incluſiuè, ſecundum ius Canonicum computandum,necnon cæteri omnes,& ſinguli ſimul in eadem habitatione,vel domo habitātes,tam domini,ſiue patroni, quàm familiares, ſiue famuli cuiuslibet ſexus de aliqua contumelia,offenſione,vel iniuria per eos,& inter eos, vel alterum ipſorum dicta,commiſſa, vel facta,verbo,vel facto,aut verò vtroque modo,præter membri amputationē,vel debilitationem,aut aliud enorme delictum,quod enorme per Poteſtatis arbitrium declaretur,nullatenus teneantur,nec cōtra eos, vel aliquem eorum procedi poſsit, vel pœna imponi, niſi per directam accuſationem principalis offenſi, ſed potius authoritate præſentis legis abſoluti ſint,& eſſe intelligantur,exceptis filijs,vel filiabus,& deinceps maximè inijciendo manum,vel erigendo aduerſus eorum parentes,vel alterum eorum,qui,vel quæ vltra pœnam,quæ imponeretur alijs extraneis pro ſimili delicto,debeāt habere duos tractus cordæ,& vltra etiam acrius puniri ad voluntatem parentis, & exceptis famulis, vel familiaribus, qui contra dominum, ſiue patronum manus iniecerint, ſeu erexerint,offendendo, vel quid furtiuè ſubſtraxerint præter domini voluntatem vltra duodecim denarios valoris, in quibus exceptis caſibus, & quolibet eorum procedi poſsit, & debeat ſicut contra perſonas extraneas delinquentes, & vltra ad voluntatem, & petitionem patroni. Addimus etiam, quòd de delictis commiſsis per prædictos, in præſenti ſtatuto deſcriptos in Platea Communis, vel coram aliquo officiali, procedi poſsit, etiam per inquiſitionem: ſaluo,ꝙ pater, mater, auus, & auia ſemper poſsint vbique locorum, filios, & nepotes pro libito eorum corrigere,& caſtigare ſine pœna;& idem dicimus in fratre,qui poſsit caſtigare fratrem eius carnalem minorem ſe ſaltem decem, & octo annis; dummodo prædicta committantur caſtigationis cauſa, & moderatè: non autem animo iniuriandi,cuius declarationem remittimus arbitrio Poteſtatis.

De non faciendo foueam celatam, neque mittendo tribulos. Rub. XCII.

STATVIMVS, & ordinamus, q nulla perſona audeat, vel præſumat facere foueam celatam, nec tribulos immittere, ponere, ſiue proijcere, nedum alibi, ſed nec in poſſeſsione propria, vel conducta ſine expreſſa licentia Rectoris, & publico bannimento præmiſſo, & contrafaciens puniatur in xxv. lib. den. pro quolibet, & vice qualibet, & ad damni emendationem inde ſecuti teneatur.

De non cogendo, ſeu detinendo aliquem perſonaliter. Rub. XCIII.

PERSONAM bonæ conditionis, & famæ contra quam ex quacunque cauſa procederetur, nullus noſtrorum Officialium cogere poſsit perſonaliter, vel detinere coactam in Palatio, vel alibi; nec etiã in carceribus ponere, vel tenere ſi talis perſona cogenda, vel carceranda fuerit parata, & cum effectu obtulerit dare idoneam, & cautam fideiuſsionem, & ſecuritatem de ſtando iuri, & de ſoluendo iudicatum, ſiue iudicandum, ſiue ciuiliter, ſiue criminaliter ageretur, ſiue miſtim: immo tali fideiuſsione præſtita, vel dicto modo oblata talis perſona illico dimittatur, & relaxetur; contrafaciens officialis pro quolibet, & vice qualibet, perdat de ſuo ſalario xxv. lib. den. & hoc locum non habeat, nec intelligatur de teſtibus, qui pro teſtimonio ferendo ſecundum formam noſtri ordinamenti detinerentur, & niſi fuerit maleficium per eum commiſſum tale, q coertionem perſonalem requireret de iure, ſeu ex forma noſtrorũ ſtatutorũ.

Quod fideiuſſor repreſentans principalem in delictis ſit à ſua fideiuſsione liberatus. Rub. XCIIII.

FIDEIVSSOR, qui in cauſa criminali Rectori, vel alicui officiali pro Communi recipienti pro aliquo repreſentando ſe obligauerit, quandocunque ipſum principalem repreſentauerit coram Poteſtate, ſeu eius Vicario, proteſtando, q pro eo vlterius in obligatione ſtare nollet: volumus, vt ab ipſa obligatione ſit totaliter liberatus. Principalem verò repreſentatum Poteſtas, vel eius Vicarius cogat, & detineri faciat ſub fida cuſtodia, donec alios idoneos fideiuſſores dederit, vel aliter idoneæ cauerit, ſeu pro ipſo delicto effectualiter Communi ſatisfecerit.

De quæſtionibus, & tormentis. Rub. XCV.

VT veritas patere poſſit, & reatus punitio ſequi debito cum moderamine valeat, ſtatuimus, & ordinamus, q Rector, ſeu Poteſtas noſtræ Terræ Caſtri Fidardi, in omnibus, & ſingulis maleficijs, delictis, vel exceſſibus, poſſit cum debito moderamine ſuſpectos de crimine ad torturam ponere qualitercunque de maleficio, vel delicto per vnum teſtem fide dignum, vel per legitima indicia conſtet. Dummodo aliquem torquere non debeat ſine voluntate, conſenſu, & præſentia Dominorum Priorum dictæ Terræ, ſub pœna centum librarum denariorum pro quolibet, & vice qualibet auferenda.

Quòd in caſibus non determinatis per noſtra ordinamenta procedatur de ſimilibus ad ſimilia. Rub. XCVI.

CVM difficile, & ferè impoſsibile ſit omnes caſus ſpecialiter, & determinatæ complecti: hoc decreto prouiſum extitit, vt in omnibus, & ſingulis cauſis, & caſibus maximè criminalibus non habentibus per aliquod preſentium ordinamentorum, vel aliorum noſtri Communis aliquam ſpecialem, claram, vel expreſſam determinationem, aut pœnæ impoſitionem, vt ipſe caſus, & cauſa propriè, & ſpecialiter decidi poſsit. Tunc ſiquidem aliqua ſimilitudo comperiatur, vel appareret ſpecialiter, aut generaliter in aliquo noſtro ordinamento, procedatur, & fiat ſecundum ipſam ſimilitudinẽ, cui potius conuenit, & conuenientius adaptetur iuxta prudentiam, & arbitrium officialis. Deficiente verò ſimilitudine iuris ſcripti municipalis, tunc recurratur ad antiquam, & probabilem conſuetudinem in illis caſibus, vel ſimilibus, in quibus cauſa hactenus obſeruauimus in noſtra Terra, qua etiam deficiente, tunc terminetur, & fiat propriè, vel ſimilitudinaliter ſecundum iura communia.

Quòd non fiat abolitio ſuper maleficijs. Rub. XCVII.

TAEDIVM auferentes officialibus punire ſtudentibus illos, per quos maleficia cōmittuntur, prohibemus, ꝙ de cætero in maleficijs nulla fiat abolitio: immo Poteſtas, & eius Vicarius teneantur, & debeant ſuper quacunque maleficiorum accuſatione, denunciatione, ſeu inquiſitione procedere, & proceſſum proſequi, & finire, non obſtante petitione, & abolitione prædicta, prout ipſis Poteſtati, & Vicario videbitur eſſe iuris, ſub pœna quinquaginta librarum denariorum Poteſtati, & Vicario auferenda pro quolibet, & vice qualibet, qua contrafactum fuerit.

Si quis inſultauerit aliquem in poſſeſſione ſua, & ab eo inſultans offenſus fuerit. Rub. XCVIII.

STATVIMVS, & ordinamus, ꝙ ſi quis inſultauerit, & offenderit aliquem in poſſeſsione, ſiue domo inſultati propria, vel conducta, & inſultatus, ſeu offenſus poſsidens, & morās in domo, ſeu poſſeſſione propria offenderet inſultantem, ſeu offendentem, quòd ad bannū minimè teneatur, & Rector non teneatur procedere contra ipſum in aliquo; & talis inſultans, ſeu offendens ob ſuam præſumptionem, puniatur in duplum pœnæ, qua puniendus fuiſſet ſi alium inſultaſſet, ſeu offendiſſet.

De pœna rampognantis, ſeu diffamantis Poteſtatem, ſeu Confalonerium, Priores, & quoslibet alios Officiales ad aliquod officium deputatos per noſtrum Commune. Rub. XCIX.

VT nullus audeat quoquo modo Poteſtatem, Confalonerium, Priores, & quoslibet alios Officiales, vel ad aliquod officium per noſtrum Commune deputatos, rampognare, ſeu diffamare de geſtis eorum in officio, ſed ſuam linguam compeſcat: ſtatuimus, & ordinamus, ꝙ nemini liceat D. Poteſtatē Confalonerium, & Priores, aliosq; Officiales, vel ad aliquod officium deputatos per noſtrum Commune, ſeu ipſorum aliquem de geſtis in eorum officio rampognare, vel diffamare, vel eis, aut cuilibet ipſorum iniurias inferre verbis eis præſentibus, vel abſentibus, nec contra eos, vel aliquem ipſorum rumorizare, ſeu ampulosè, vel petulanter loqui: ſi quis autem, vel aliqua fuerit tantæ temeritatis, qui prædictos, ſeu aliquem prædictorum malitiosè infamauerit, ſeu aliquod prædictorum commiſerit, & de eis contra eos, vel de eorum officio oblocutus, vel oblocuta fuerit de aliquo, ex quo poſsit oriri diſcordia, & ſcandalum in dicta Terra, & turbari præſens pacificus ſtatus dictæ Terræ, puniatur, & condemnetur pœna quinquaginta lib. deñ. quā ſoluere teneatur ſine aliqua diminutione. Si quis verò deriſiuè, temerariæ, ſeu truffatoriæ prædictos, vel aliquem prædictorum infamauerit, ſeu aliquod prædictorum commiſerit, puniatur vice qualibet in lib. x. deñ. de facto ſine aliqua diminutione.

Quod nomen cuiuſcunque accuſatoris ſecreti notificetur Confalonerio, vel vni ex Prioribus cum ſacramento. Rub. C.

AD obuiandum maleficijs officialium, qui quandoque auaritia ducti ſictæ lucrari quærunt partem accuſatoris, cum accuſator nullus interuenerit. Hac noſtra ſanctione decernimus ſtatuendo, quod vbicunque ex forma aliquorum noſtrorum ſtatutorum Poteſtas, vel alter officialis, ad tenendum nomen accuſatoris ſecretū arctatur, teneatur, & debeat notificare, & declarare nomen accuſatoris Cōfalonerio, aut illi Priori, de quo magis confideret accuſator; cum iuramento tamen prius præſtando Confalonerio, aut illi Priori, cui notificaret de tenendo dictum accuſatorē ſecretum. Quod ſi Poteſtas, aut alter Officialis facere recuſauerit, nullam partem pœnæ accuſator inde conſequatur, ſed tota pœna deueniat in Cōe.

De augumentatione pœnæ propter negationem. Rub. CI.

QVEMADMODVM confeſsio confitenti prodeſſe debet, ita negatio neganti debet obeſſe: ideoq; determinamus hac lege, vt neganti delictum, maleficium, vel exceſſum in ſua excuſatione, ob quam negationem alia veniret probatio exigenda, pro fienda cōdemnatione ipſius, ſeu per ipſum reū,

 omitten-

omittendo in totum,vel in partem,aut forte in aliqua qualitate. Quæ pœnam haberet tollere, vel inducere poſsit,& debeat augeri pœna in quarto pluri,eius quod negatum fuerit,& in dicto quarto pluri,ſeu in pœna , ex eo aucta puniri debeat,negans alia , vt dictum eſt , probatione conuictus confitenti per beneficium confeſsionis ſubueniunt vigore ſuperioris ordinamenti de beneficijs confeſsionis , & vt ſupra in ordinamento de excuſationibus reorum cauetur .

De loquendo cum reuerentia,& ſummiſſa voce coram officialibus . Rub. CI.

STATVIMVS, & ordinamus,quòd quilibet de Terra Caſtri Fidardi,vel in ipſa Terra,& diſtrictu eius commorans,teneatur ſemper loqui cum reuerentia, & ſummiſſa voce , modo debito , & quieto animo,quando loquitur cum officialibus,vel coram eis,& qui contrafecerit puniatur de facto per Rectorem dictæ Terræ in centum ſol.deñ. vel minus arbitrio Poteſtatis, conſiderata qualitate perſonæ,delicti, temporis,& loci,ac etiam officialis, cum quo,vel coram quo loqueretur .

De arbitrio Syndicatorum contra officiales delinquentes . Rub. CII.

SOLENT officiales aliquando metu pœnæ habenas,quas largas habere putant per maxime reſtringere; ideo hac præſenti lege duximus ordinandum , quod officiales noſtri Communis delinquentes quomodocunque in his exceſsibus in quibus eſt determinata pœna contra eos per noſtra ſtatuta per eorum Syndicatores ipſi officiales puniantur ſecundum formam ſtatutorum prædictorum contra eos loquentium . In his autem exceſsibus de quibus nulla eſt in præſenti volumine ſtatutorum noſtrorum facta mentio,puniantur dicti Officiales per dictos Syndicatores ad ſimilitudinem noſtrorum hominum delinquentium,duplicando dictis officialibus pœnam. Deficiente verò ſimilitudine,puniatur arbitrio Syndicatorum eos ſyndicantium, conſiderata conditione officialium, & delictorum qualitate,& quicquid per dictos Syndicatores factum,geſtum, & ſententiatum fuerit contra prædictos officiales ſit ratum , & firmum , & pœnitus obſeruetur , & executioni mandetur .

Explicit Liber Tertius.

MVNI-

MVNICIPALIVM LEGVM AC STATVTORVM ECCLESIASTICAE TERRAE CASTRI FIDARDI

LIBER QVARTVS.

DE EXTRAORDINARIIS.

De non vociferando prope aliquam Eccleſiam, quando in ea celebrantur Diuina officia. Rub. I.

NE Diuinus cultus valeat impediri, ſtatuimus, & ordinamus, quòd nemo faciat, vel dicat tumultum, cantilenam, vociferationem, vel alium rumorem in aliqua Eccleſia, vel propè aliquam Eccleſiam, per ſpatium quatuor cannarum, dum in ea diuina officia celebrantur, pœna, & banno viginti ſolidorum pro quolibet contrafaciente, & vice qualibet pro tali actu tantummodo auferenda; & Poteſtas teneatur, & debeat vinculo iuramenti, & pœna viginti librarum denariorum de ſuo ſalario prædicta obſeruare.

De blado, legumine, & alijs fructibus non extrahendis de poſſeſsionibus conductis ſine licentia domini poſſeſſionis. Rub. II.

FRAVDIBVS obuiare volentes, ſtatuimus, & ordinamus, quòd nullus laborator, coptumatarius, ſeu conductor alicuius poſſeſsionis audeat, vel præſumat de ipſa poſſeſsione cõducta aliquod genus bladi, & leguminis trituratum, vel non, vuas, vinum, oliuas, ficus, nec aliquos alios fructus cuiuſcunque generis ſint, extrahere ſine expreſſa licentia domini poſſeſsionis, vel eius factoris, ſub pœna quinquaginta ſolidorum denariorum pro quolibet contrafaciente, & vice qualibet, & ad conſeruandum in dominum patronum, ſiue dominum poſſeſsionis de debita ſibi ſorte, de facto talis contrafaciens conſtringatur.

De vendemijs priuſquam indictæ fuerint feriæ propter vendemias. Rub. III.

STATVIMVS, & ordinamus, quòd impoſterum nemo terrigena, habitator, vel forenſis audeat, vel præſumat, etiam ſuam propriam, vel conductam vineam, neque alias vites ſituatam, vel ſituatas in territorio, & diſtrictu Terræ Caſtri Fidardi, vendemiare, neque inde vuas colligere in totum, vel in partem faciendi cauſa raſpeium, ſiue vinum prius, & antequam per Concilium noſtri Communis fuerint indictæ feriæ propter vendemias; niſi habita prius in ſcriptis ſpeciali licentia à Dominis Poteſtate, & Prioribus, ſi fuerit dominus vineæ: ſi verò fuerit laborator, ſiue conductor, niſi habita à prædictis Poteſtate, & Prioribus, & etiam à domino vineæ, ſiue locatore; & ſi quis contrafecerit in prædictis, vel aliquo prædictorum puniatur pro quolibet, & vice qualibet in quadraginta ſolidorum denariorum.

De cerretanis, arlocatoribus expellendis, & pœna eorum, & Poteſtatis non punientis eos. Rub. IIII.

STATVIMVS, & ordinamus, quòd nullus cerretanus, neque alius arlo&ator receptetur in Terra Caſtri Fidardi, eiuſque territorio, & diſtri&u; quòd ſi aliquis ex eis repertus fuerit cerretanare, vel arlo&are, petendo, vel perquirendo aliquam rem, præter panem, vel vinum, vel aliam paruam elemoſinã. Poteſtas noſtræ Terræ teneatur, & debeat auferri facere ab eo, vel eis omnia, quæ per ipſum, vel ipſos cerretanata, ſiue arlo&ata fuerint ſub colore elemoſinarũ, & ablata applicari faciat Hoſpitali Terræ prædi&æ; & Poteſtas, qui pro tempore fuerit hoc facere teneatur ſub pœna vigintiquinque librarum denariorum pro qualibet vice.

De pœna venantis, vel ſolazzantis in ſan&iſsimo die Veneris. Rub. V.

QVENDAM abuſum deceptorium animarum, qui ſub deuotionis palio ſubintraſſe videtur extirpare per noſtræ prouidentiæ ſtudium cupientes, ſtatuimus, & ordinamus, quòd de cætero in die Veneris ſan&a, qua cun&i fideles debent viſitare Eccleſias, elemoſinas largiri, audire Officium, & Prædicationem Dominicæ Paſſionis, ac ſtare dolenter, modeſtè, abſtinenter, & humiliter pluſquã in alio die anni, & à cun&is voluptatis, ac dele&ationis a&ibus præcauere, nemo audeat verba nugatoria, & vana, etiam per modum ſolatij proferre, vel cantilenam mundanam cantare, tripudiare, neque ſimilem a&um mundanum facere, nec ire venatum: & ſi quis contrafecerit in decem ſolidis denariorum pro quolibet, & vice qualibet puniatur.

De non tripudiando, ſiue ludendo in Eccleſia, aut extra domum de no&e. Rub. VI.

CVM domum Dei deceat ſan&itudo, & non laſciuia chorealis, vbi potius debet homo pro ſuis peccatis lugere, gemere, & orare, ſtatuimus, & ordinamus, quòd nulla perſona vtriuſque ſexus in aliqua Eccleſia Terræ Caſtri Fidardi, & eius diſtri&us de cætero tripudiare præſumat, contrafaciens verò perſona præter punitionem Diuinam, quam debet vnuſquiſque meritò formidare, ducens: videlicet choream, & quilibet pulſans quocunque inſtrumento, aut dicens cantilenam, centum ſolidorum pœnam incurrat: quælibet verò perſona tripudians, quadraginta ſolidorum, quàm integram infra o&o dies ſoluere teneatur; cuius pœnæ medietas Communi, & altera medietas Eccleſiæ, quæ talem receperit iniuriam pro eius fabrica, vel paramentis, aut alijs neceſſarijs abſque dedu&ione aliqua applicetur; nullaque perſona ſub iam di&a pœna audeat, neque debeat tripudiare de no&e: videlicet de ſero poſt tertium ſonum campanæ, aut etiam ante diem de mane extra domum abſque licentia Dominorum Poteſtatis, & Priorum, qui pro tempore erunt.

De non cantandis, neque recitandis cantilenis, & fabulis tempore orationis, & Diuini officij. Rub. VII.

INSVPER ſtatuimus, & ordinamus, quòd nullus in Platea, vel alio loco Caſtri Fidardi, & eius diſtri&us, in quibuſcunque diebus Feſtiuis, præſertim Dominicalibus, ante prandium, qua hora debent omnes fideles frequentare Eccleſias, & Deo Altiſsimo porrigere preces humiles, non vanas, & inutiles cantilenas gentibus enarrare, aut cantare, ſeu referre fabulas, ſeu alia negocia romanzalia: videlicet de tabula rotunda, Triſtano, aut Paladinis, vel de alijs ſimilibus quibuſcunque: & hoc ſub pœna, videlicet ſtatim pro quolibet cantante, ſeu referente prædi&a, vel aliquod prædi&orum, centum ſolidorum denariorum, pro quolibet verò aſtante ad prædi&a duorum ſolidorum de fa&o.

Quod cœrimoniæ non fiant in ſponſalitijs, vel ipſorum occaſione. Rub. VIII.

ITEM ſtatuimus, & ordinamus, quòd in ſpõſalitijs ipſis, vel poſtea quacunq; ipſorum occaſione nullus audeat cereos, vel cereum, ſeu falioletta apportare, ſed pecuniam tantum ſoluat, & offerat ad Altare; & qui contrafecerit in centum ſolidis denariorum per Re&orem condemnetur.

Quod cœrimoniæ non fiant, dum extrahitur puer, vel puella de domo. Rub. IX.

STATVIMVS, & ordinamus, quòd dum extrahitur puer, vel puella, ſiue infans de domo cauſa baptizandi, non ponatur in rotella cum ceremonijs hactenus vſitatis, neque alijs, ſed ſolummodo in brachijs extrahatur, pœna aliter facientis centum ſolidorum denariorum pro quolibet, tam faciente extrahi, quàm extrahente, & vice qualibet.

De bonis immobilibus mulierum extra Terram nuptarum non vendendis. Rub. X.

NE mulieres noſtrates, & habitatrices Caſtri Fidardi valeant decipi, & ipſarum dotes diſſipentur; ſtatuimus, & ordinamus, quòd dictæ mulieres non debeant, neque poſſint vendere, neque alienare aliqnid de bonis ſuis ſtabilibus ſine expreſſo conſenſu quatuor ex proximioribus conſanguineis ipſius mulieris, ad pœnam vnius ducati, cuius pœnæ medietas applicetur Cammeræ Eccleſiæ Romanæ, & altera medietas Communi Caſtri Fidardi, & nihilominus venditio aliter facta non valeat, neque teneat quoquo modo.

De pœna alienantis rem immobilem alicui forenſi, & non ſubiecto Communi Caſtri Fidardi. Rub. XI.

STATVIMVS, & ordinamus, quòd nullus terrigena, vel habitator Terræ Caſtri Fidardi, ſeu alius quicunque valeat, vel præſumat quacunque ratione, vel cauſa, & quocunque titulo vendere, alienare, concedere, vel transferre inter viuos, ſeu in vltima voluntate, vel aliter quomodocunque, & qualitercunque aliquam rem immobilem in dicta Terra, eiusque territorio, & diſtrictu in aliquem forenſem, vel non ſubiectum iuriſdictioni Poteſtatis Terræ prædictæ, qui realiter, vel perſonaliter conſtringi, & compelli non poſſit ad onera colectarum, ſeu alia negocia ſufferenda, ſub pœna quinquaginta librarum denariorum, & nihilominus omnis contractus, vltima voluntas, ac translatio ſit ipſo iure nulla, & res Communi dictæ Terræ applicerur, & pretium pro dicta re habitũ, ſine licẽtia Concilij noſtræ Terræ prædictæ.

De non alienando alicui forenſi poſſeſsiones propè confinia territorij prædicti. Rub. XII.

STATVIMVS, & ordinamus, quòd nemo ex Terra Caſtri Fidardi, ſeu alius quicunqne habens, vel poſsidens aliquam poſſeſsionem, ſeu terrenum propè confinia dicti territorij infra medium milia re audeat, vel præſumat vendere, donare, cedere, vel concedere, ſeu per quemcunque contractum, vel quaſi, teſtamentum, codicillum, & vltimam voluntatem, ſeu aliter qnomodolibet alienare poſſeſsionem, & terrenum huiuſmodi alicui forenſi, ſen non habitatori, & terrigenæ Caſtri Fidardi, pœna quinquaginta librarum denariorum pro quolibet, & vice qnalibet, qua contrafactum fuerir, tam alienanti, quam accipienti; & nihilominus venditio, donatio, ceſsio, conceſsio, contractus, ſeu quaſi, teſtamentum, codicillus, ſen vltima voluntas, & omnis translatio ſit ipſo iure nulla, & nullus, & nullius efficaciæ, vel momenti: ſi quis verò forenſis, ſeu non habitator, vel non terrigena noſtræ Terræ ab inteſtato ſuccederet alicui, poſſeſsionem, & terrennm recipiens teneatur, & debeat infra terminum vnius menſis poſſeſsionem, & dictũ terrenum accataſtare, & deſcribi facere in cataſto Commnnis prædictæ Terræ, & idoneam præſtare fideiuſsionem, putà terrigenam, vel habitatorem dictæ Terræ de ſoluendo, & ſufferendo onera, & alia, quæ pro rebus huiuſmodi in dicto Communi veniunt ſufferenda: alias noſtro Communi Caſtri Fidardi applicetur; & inſuper nullus poſſeſsionem, & terrenum huinſmodi audeat, vel præſumat ad laboritium, ſeu coptimum dare alicui noſtro habitatori familiari in dicta Terra ſine licentia Domini Poteſtatis, & Dominorum Priorum, qui pro tempore fuerint, pœna decem librarum denariorum p o quolibet contrafaciente, & vice qnaliber de facto exigenda.

Quod nullus faciat aliquem contractum in fraudem Communis. Rub. XIII.

INSVPER ſtatuimus, & ordinamus, quòd nullus terrigena, vel habitator noſtræ Terræ contrahat, vel contractum quocunque titulo, & quacunque alienationis ſpecie faciat cum aliquo in fraudem, & præiudi-

præiudicium noſtri Communis, per quem munera, & onera realia Communi debita minuantur, eo quod fortè ratione aliqua munera non ſubiret, ſi quis contrafecerit centum librarum denariorum pœna mulctetur, decernentes ipſo iure contractum non valere.

Quod homines habitantes diuiſim, teneantur ad omnia obſequia facienda, & extimationes eorum ſcribantur. Rub. XIIII.

STATVIMVS, & ordinamus, quòd omnes, & ſinguli bona communia diuidentes, vel diuiſim habitantes, vel ſint ſui iuris, aut in patria poteſtate, vel quocunque modo, & forma diuiſim habitarent ad omnia obſequia realia, & perſonalia teneantur, & ipſi, & eorum bonorum extimationes in cataſtu, & in cartucijs capitaniorum ſingulariter conſcribantur, & ad faciendum prædicta per noſtrum Rectorem, qui pro tempore fuerit ſummariè compellantur.

Quod ratione collectæ ianuæ non claudantur. Rub. XV.

NE obedientes pro obedientibus detrimenta valeant ſufferre, hac municipali ſanctione ſtatuimus, & ordinamus, quòd ratione collectæ exigendæ ianuæ noſtræ Terræ non claudantur, vt bene ſoluentes libram habeāt facultatem exeundi, & ingrediendi ad ipſorum beneplacitum, & male ſoluentes, ſiue ſoluere negligentes pignorentur, aut in Palatio perſonaliter conſtringantur ad ſoluendam Commūni ſuam debitam ratam ſuæ collectæ, & nihilominus de tenendo, aut non tenendo dictas portas Dominus Poteſtas faciat, prout videbitur, & placebit Dominis Prioribus, & Concilio; & Poteſtas contrafaciens in prædictis pro qualibet vice, pœnam centum ſolidorum teneatur ſoluere.

De non diſcaſtellando, ſiue relinquendo habitationem Caſtri Fidardi. Rub. XVI.

STATVIMVS, & ordinamus, quòd nullus noſter terrigena, qui ſit fumans de per ſe audeat, vel præſumat dimittere habitationem huius noſtræ Terræ, pœna centum librarum denariorum, in quibus debeat condemnari; & nihilominus omnia eius bona mobilia, & immobilia applicentur Cōmuni Caſtri fidardi, & tunc dicatur dimiſsiſſe habitationem dictæ Terræ, eo ipſo, quod ſine titulo alicuius officij, vel alia iuſta de cauſa extra dictam Terram, & eius territorium cum ſua familia habitauerit per vnum annum cōtinuum, & Rector procedere debeat in prædictis pœna viginti quinque librarum denariorum, quæ locum habeant in præteritis, præſentibus, & futuris.

Quod Porci, & Capræ non vadant per Terram ſine cuſtodia. Rub. XVII.

AD obuiandum damnis, quæ Porci, & Capræ ſolent inferre, ſtatuimus, & ordinamus, quòd nulla perſona terrigena, vel habitator Terræ Caſtri Fidardi audeat, vel præſumat ſua animalia porcina, vel caprina propria vel conducta cuiuſcunque ætatis permittere ire deſligata, & ſine cuſtodia infra Terram, & per Terram Caſtri Fidardi, ſed ipſa animalia teneat incluſa in domo: ita quod non vadant extra domum diſligata, & ſine cuſtodia, ſub pœna quinque ſolidorum pro quolibet porco, ſiue ſcropha, & duorum ſolidorum pro qualibet capra, & vice qualibet auferenda, illi vel illis, cuius, vel quorum fuerint Porci, vel Capræ.

De non emendo animalia, vel rem prædatam poſt bannimentum factum. Rub. XVIII.

ITEM ſtatuimus, & ordinamus, quòd ſi contigerit fieri bannimentū per Terram Caſtri Fidardi, quòd nullus emat, vel emi faciat per ſe, vel alium aliquod animal, ſeu rem prædatam, vel prædatum, & aliquis emerit poſt dictum bannimentum aliquod animal, vel rem prædatam, & dominus animalis, vel rei prædatæ petierit ſibi dictum animal, ſeu rem reddi, cogatur talis emens de facto dictum animal, ſeu rem reddere petenti patrono, cui ablatum fuerit animal, vel res, vel eius certo nuncio, & precium eius perdat, ad quod Poteſtas Caſtri Fidardi, pœna xxv. lib. den. cogat, & agere teneatur, & debeat de facto dictum ementem, ſeu ementes ad prædicta.

De non-

De ponderibus,& menſuris per Syndicum retinendis. Rub. XIX.

STATVIMVS, & ordinamus,quòd Commune habeat,& habere debeat vnum rubum,ſiue peſam ponderis vigintiquinque lib.vnum marcum,vnam ſtateriam,vnum bottinellum,cuius quatuor menſuræ raſæ conſtituant ſalmam, vnam coppetellam, cuius coppetellæ octo menſuræ raſæ ſimiliter conſtituant ſalmam,& vnũ quartuciũ, cuius quartucij ſexdecim menſuræ raſæ conſtituant ſalmam vnũ metrũ olei,vnum pittittum,vnum medium,vnam fogliettam. Et ſalma conſtituatur ex quinquaginta octo pittittis,quæ pondera,& menſuras volumus, & mandamus pœnes Syndicum generalem noſtri Communis qui pro tempore erit continuè reſidere, & vnuſquiſque emptor, vel venditor, vel alias contrahens ad dicta pondera res ponderabiles debeat ponderare, & ad dictam menſuram res menſurabiles debeat menſurare: qui Syndicus teneatur, & debeat ipſas menſuras, & pondera mutuare, cum cautela de rehabendo omnibus volentibus menſurare,vel ponderare, & à forenſibus tantum accipiat, & accipere teneatur pro Communi pro qualibet re menſurata,vel ponderata cum ipſis ponderibus,& menſuris,ſeu altera earum: videlicet ſi talis res,ſiue res,vel rerum quantitas fuerit valoris vnius ducati,vel abinde infra, quatuordenarios: ſi fuerit valoris ab vno ducato ſupra vſque ad quinque ducatos incluſiuè, duodecim denarios: ſi fuerit valoris à quinque ducatis ſupra vſque ad viginti ducatos incluſiuè, vnum bol. ſi fuerit valoris à viginti ducatis vſque ad quinquaginta ducatos incluſiuè,vnum bon. ſi fuerit valoris à quinquaginta ducatis ſupra vſque ad centum ducatos bon. ſex; ſi valoris fuerit à centum ducatis ſupra vſque ad infinitũ viginti bon. A terrigenis verò,& habitatoribus noſtris ſuſcipiat dimidium dictæ ſolutionis,ſecundum diſtinctionem ſuperius traditam,& dictæ ſolutiones fiant ab vtraque parte,ſcilicet venditorum, & emptorum,vel aliter contrahentium pro rata,ſecundum diſtinctionem ſupradictam; ita quod exequatur denarijs ſoluendis pro re valoris vnius ducati, ob menſuram, ſiue pondus factum inter forenſium, & terrigenam,forenſis ſoluat duos denarios, & terrigena, ſiue habitator ſoluat vnum denarium, & ſic de ſingulis. Statuimus etiam, quòd in pede turris Communis ſit affixus vnus paſſus ferreus, & vnus pes ferreus, & etiam moduli cupparum,& laterum,ſiue mattonorum,& etiam planellarum, quorum modellorum copiã ibidem gratis quilibet habere poſſit. Necnon dictum Commune habeat,& habere debeat in platea Cõmunis in loco eminenti ſituatum vnum bottinellum,ſiue menſuram pro menſurando oliuam, cuius bottinelli octo menſuræ raſæ cõſtituant ſalmam oliuarum tantum; & nihilominus cuilibet liceat habere proprias menſuras,& pondera ad exemplum prædictorum,cum impreſſione tamen bullæ noſtri Communis, & cum ipſis ſic bullatis,menſurare, & ponderare ſine pœna: & Rector qui pro tempore fuerit, prædicta banniri facere vinculo iuramenti teneatur; & qui contrafecerit aliter menſurando, puniatur pro quolibet, & qualibet vice,in viginti ſolidis denariorum, & nihilominus ad ſolutionem faciendam pro menſuris,ſiue ponderibus,ac ſi cum eis ponderatum,ſeu menſuratum fuiſſet.

De animalibus quadrupedibus non vendendis in Platea Communis. Rub. XX.

OB laudabilem vrbanitatem ſeruandam,ſtatuimus,& ordinamus,ꝙ nemo poſſit, vel debeat retinere in Platea magna Communis die Dominico,vel alia die cauſa vendendi, boues, porcos,capras, aſinos, vel alia animalia quadrupeda cuiuſcunque generis, pœna xx.ſol.deñ. pro quolibet contrafaciente, & vice qualibet,exceptis leporibus,caprittis,porchittis, quos, & quas cuilibet retinere liceat ſine pœna.

Quod non proijciatur letamen ad muros,ſeu ſcarpas Communis, neque propè ianuas. Rub. XXI.

STATVIMVS, & ordinamus,ꝙ nemo letamen,vel aliud ſcopimen audeat,vel præſumat proijcere iuxta muros, ſeu ſcarpas,& ianuas Communis in aliqua parte, neque propè per vnam cannam, & qui contrafecerit ſoluat bannum decem ſolidorum denariorum pro quolibet,& vice qualibet: proijcientes verò iuxta muros Communis in ſcarpis, ſiue foueis aliquod genus letaminis, ſiue immunditiæ, aut ſcopiminis pœna quadraginta ſolidorum plectantur; & nihilominus id quod proiecerint, teneantur, & debeant diſgombrare infra terminum ei aſsignandum per Poteſtatem,vel eius Officialem,& quilibet admittatur ad accuſandum,& in hoc ad denunciandum,& ſtetur dicto vnius teſtis bonæ famæ.

Quod habens verſatorium, vel ſedile non inferat vicino fœtorem, vel immunditiam. Rub. XXII.

INSVPER ſtatuimus,& ordinamus,ꝙ habẽs verſatorium,acquarolum,ſedile,ſiue neceſſarium,aut aliquod ipſorum iuxta ſuum conuicinum,teneatur,& debeat ipſis, & quolibet ipſorũ taliter vti,quòd alicui ſuo conuicino aliquem fœtorem,vel immunditiã non inferat,& in alieno loco bructurã non proijciat,pœna,& banno quadraginta ſolidorum denariorum pro quolibet contrafaciente,& vice qualibet.

De pœna facientis aliquam turpitudinem infra Terram Caſtri Fidardi. Rub. XXIII.

STATVIMVS, & ordinamus, quòd facientes, vel proijcientes letamen, vel aliam aliquam turpitudinem, vel aliud, quod inferat aliquod impedimentum tranſeuntibus infra Terram Caſtri Fidardi in via,vel in platea publicis,in quinque ſolidorum denariorum pro quolibet contrafaciente,& vice qualibet puniantur; & nihilominus illud,quòd illic fecerit turpe,vel proiecerit ad remouendum per Rectorem de facto remedijs opportunis compellatur.

De pœna proiecentis per feneſtras aliquod brodium,vel aliud ſordidum. Rub. XXIIII.

DE alto ab aliqua feneſtra,vel loco,nemo brodium,vel aliud ſordidum proijciat in viam publicam, vel in plateam Communis; contrafaciẽs quiſque, ſi aliquem deturpauerit,vel in hominẽ inde proiecerit,in quinquaginta ſolidis denariorum puniatur; ſi tantum in viam publicam, vel in plateam ſine deturpatione hominis, in quinque ſolidorum denariorum.

Quod nullus audeat proijcere aliquod animal mortuum infra certa confinia. Rub. XXV.

CVM nociua res ſit cadauerum fœtor,ideo ſtatuimus,& ordinamus,quòd nullus audeat, vel præſumat proijcere,& proijci facere aliquod animal mortuum in foueis Communis, nec in aliqua parte propè dictam Terram,ad hoc,ne tranſeuntibus fœtor ipſorum animalium mortuorũ animi turbationem inferat,ſed ipſorum cadauera omnes teneantur, & debeant proijcere, vel proijci facere in foueis Burgi: contrafaciens autem in prædictis, puniatur pro qualibet vice pœna viginti ſolidorum denariorum: & nihilominus cadauera in alijs locis proiecta, quam in dictis foueis, de facto cogatur proijciens per Rectorem ad proijciendum in foueis.

De pœna lauantium in fontibus. Rub. XXVI.

STATVIMVS, & ordinamus,quòd nemo audeat,vel præſumat pannos,filatum, vel aliquid aliud turpe lauare,vel aliquam brutturam facere ſuper,nec in fontibus Communis,pœna viginti ſolidorũ, & per viginti pedes iuxta fontem,pœna quinque ſolidorum pro qualibet perſona,& vice qualibet; & de prædictis quilibet poſſit accuſare,& denunciare,& teneatur ſecretus, & habeat tertiam partem banni,& eius ſacramento credatur; ad cuius banni ſolutionem delinquens de facto cõgatur, & nihilominus officiales,cuſtodes ire,& rimare debeant pro prædictis delinquentibus,& habeant quartam partem banni de ſuis inuentionibus.

De fontibus,puteis,& ciſternis. Rub. XXVII.

STATVIMVS, & ordinamus, quòd Poteſtas, & Vicarius ad petitionem Dominorum Priorum ſemper faciat,& facere teneatur mundari fontes,puteos,& ciſternas prædictæ noſtræ Terræ intus, & extra vinculo iuramenti, & pœna centum ſolidorum denariorum detinendorum de ſuo ſalario: & nullus audeat de prædictis fontibus,puteis,& ciſternis lapidem aliquem accipere,vel lignum,pœna quatuor lib.den. & nihilominus ad reſtitutionem,& reparationem eius,quod acceperit,& ſolutionem dictæ pœnæ cõſtringatur de facto per Poteſtatẽ,vel Vicariũ dictæ Terræ; & quia ſæpenumero contingit dictos fontes ſic apta-

ſic aptatos,& mundatos per porcos deturpari, & deuaſtari: ideo hac præſenti ſanctione firmamus, quòd omnes porci,ſiue omne genus porcorum tam magnorum, quàm paruorum reperti in fontibus in quacunque parte territorij dictæ Terræ ſitis,& ſic mundatis, & aptatis, vel propè dictos fontes per decem pedes, aquas deturpare,& eas deuaſtare quomodocunque,dominus, vel cuſtos dictorum animalium ſoluat pro quolibet porco,tam magno, quam paruo, & pro qualibet vice ſolidos quatuor denariorum ſine diminutione aliqua,& quilibet poſsit accuſare, & habeat quartam partem pœnæ, & officialis damnorum datorum teneatur pro prædictis rimare,& repertos punire,& habeat quartam partem pœnæ prædictæ.

De pœna paſculantium in foueis Communis. Rub. XXVIII.

STATVIMVS, & ordinamus ad hoc,vt foueæ,& ripæ Communis prædicti manuteneãtur, quòd ſi beſtiæ alicuius,exceptis canibus, pullis, & anſeribus, inuentæ fuerint ſtare,ambulare, & paſcere in fouea, vel ripa Communis dictæ Terræ, dominus, vel cuſtos dictæ beſtiæ ſoluere teneatur quinque ſolidos denariorum pro qualibet beſtia, & vice qualibet;ad quam ſoluendam de facto per officialem cogatur,& quilibet de prædictis poſsit denunciare, & accuſare, & eius ſacramento credatur ſi dixerit ſe vidiſſe,& diem declarauerit,atque locum: poſsit etiam beſtiam,ſeu beſtias quilibet capere, & ducere,& ad curiam præſentare,non reſtituendam, niſi primo cuſtos, vel dominus, ſeu alter pro eis pœnam ſoluerit ſupradictam; cuius pœnæ medietas ſit Communis, & alia accuſatoris, ſeu aſsignatoris; cuius ſacramento plena fides adhibeatur in prædictis. Nullus autem audeat reconducentem beſtiam ſic inuentam vnam, vel plures quomodolibet impedire, ſeu ſibi opponere pœna centum ſolidorum; & nihilominus pœnam pro beſtia, ſeu beſtijs ſoluere debeat duplicatam, & de hoc ſtetur ſacramento eius,cui facta eſſet oppoſitio,ſeu impedimentum cum probatione vnius teſtis,& Notarius cuſtodiæ,& Vicarius pro prædictis rimari teneatur; & beſtias, quas inuenerit,ſi poterit,ducere, & maſſario Communi aſsignare, quod ſi ducere non poterit, dominum ſcire procuret, & cuſtodem, & eum ad ſolutionem dictæ pœnæ de facto cogere; cuius banni officiales prædicti habeant quintam partem, & de inuentione ſtetur verbo ipſorum, vel alicuius ipſorum.

De terminis,& ſenatis inter vicinos. Rub. XXIX.

CVM reipublicè interſit,ne ſubditi ad arma,& rixas deueniant,ſtatuimus, & ordinamus, quòd pœna quadraginta ſolidorum nullus audeat foſſatum, vel aliam nouitatem facere inter poſſeſsionem ſuam,& poſſeſsionem ſui vicini anteaquã termini ſint miſsi inter ipſas poſſeſsiones, per duos homines, ad hoc de partium voluntate ponendos; quibus hominibus mandetur per Rectorem, quòd dictam extimationem faciant, & terminos inter dictas poſſeſsiones ponant, bona fide præſtito iuramento; præterea nemo audeat cauare, ſeu laborare propè aliquem terminum per vnum pedem, pœna viginti ſolidorum denariorum,quam ſoluere cogatur de facto.

Quod Poteſtas teneatur, & debeat banniri facere, quod mundentur viæ Communis. Rub. XXX.

STATVIMVS, & ordinamus,quòd noſter Poteſtas, qui nunc eſt,& pro tempore erit, teneatur,& debeat omni die veneris de ſero banniri facere in locis conſuetis,quod quilibet debeat diſgombrare, & mundare vias de lignis,lapidibus,terreno, fimo, & alijs immunditij, ante eorum domus per totam diẽ Sabbati,vel vigiliæ alicuius ſolennis Feſtiuitatis, pœna v. ſol. deñ. ipſi Poteſtati auferenda,ſi negligens extiterit in prædictis,& inobediens puniatur pro quolibet,& vice qualibet pœna prædicta, & inquilinus, ſiue pẽſionarius mũdare pariter teneatur,& debeat dictis dieb⁹ ante domos à ſe cõductas ſub dicta pœna.

De vijs aptandis,& ammatonandis. Rub. XXXI.

STATVIMVS, & ordinamus, ꝗ noſter Poteſtas pro quadam vrbanitate, & euidenti vtilitate ſeruanda faciat, ꝗ omnes viæ intus Terrã Caſtri Fidardi aptentur, & ammatonentur per cõe: videlicet tertia pars contingat Cõi noſtro, duæ verò partes vicinis, & aptatæ, & ammatonatæ conſeruentur ab illis qui domos habent iuxta ipſas vias,& ab alijs de contrada illas ſæpius frequentantibus.

Quod

Quòd habentes aliquod ædificium ſupra viam publicam vltra medietatem viæ, teneantur ipſum deſtruere. Rub. XXXII.

ITEM ſtatuimus, & ordinamus, quòd omnes habentes, & poſsidentes aliquod ædificium in via publica, vel ſuper ipſam viam vltra medietatem dictæ viæ publicæ verſus eorum conuicinum, teneantur dictum ædificium remouere, tollere, deſtruere, & euertere, vel deſtrui facere infra vnum menſem à die confirmationis præſentis ſtatuti; & illud idem dicimus de facientibus in futurum, & qui contrafecerit ſoluat bannum viginti quinque librarum denariorum; & nihilominus Poteſtas teneatur inquirere de prædictis infra duos menſes ab introitu ſui officij. Inſuper addimus huic ordinamento, quòd ſuper vijs Communis ad aliquam feneſtram, neque alibi ponantur aſsides, ſtanghæ, cannæ, gratulæ, neque aliud impedimentum, aut obſtaculū, vt Crux liberè, & directè deferri poſsit temporibus opportunis, & quilibet æquitās, etiam rectus abſque aliquo impedimento per ipſas vias valeat æquitare. Adijcientes etiam, quòd nemo ædificet, neque profernum, vel pontem faciat ſuper viam Communis, vel vicinalem, neque iuſta ipſas vias murent, fabricent, vel ædificēt abſque licentia DD. Poteſtatis, & Priorum, qui pro tempore fuerint; & contrafaciens ſoluat bannum viginti ſolidorum denariorum; & nihilominus impedimentum, ſeu ædificium, quòd fecerit ſuis ſumptibus, & expenſis inde remoueat, & remouere compellatur.

De non proijciendo aliquam putredinem ad domum, nec ante oſtium alicuius. Rub. XXXIII.

ITEM ſtatuimus, quòd quicunque proiecerit, vel proijci fecerit aliquas immunditias, vel putredinem, lignum, lapidem, vel aliquod impedimentum fecerit in vijs publicis, aut vicinalibus ante oſtium domus alicuius, & Notarius Poteſtatis inuenerit ille, qui dictas immunditias, putredines, vel lignum, lapidem, & impedimentum proiecerit, vel proijci fecerit, teneatur, & debeat ſoluere bannum decem ſolidorum denariorum; & nihilominus, quod proiecerit illic remouere ipſe proijciens de facto compellatur.

Quod affoſſentur, & arronchentur viæ publicæ per adiacentes. Rub. XXXIIII.

STATVIMVS, & ordinamus, quòd habentes, & poſsidentes ſuas poſſeſsiones iuxta infraſcriptas vias, vel alteram ipſarum, teneantur affoſſare, & foſſatos facere iuxta ipſas vias, & ipſa foſſata ſemel adminus in quolibet anno remundare, ſiue ſcorciare, vt aqua per ipſa habiliter labi poſsit, necnon arronchare fractas, & ipſas vias apertas, & amplas manu teneret videlicet viam Communis, quæ tendit circum circa mœnia noſtræ Terræ, & omnes alias vias imperiales accomodentur, & affoſſentur per adiacentes, & omnes aliæ viæ publicæ, & vicinales, etiam per vicinos accomodentur, affoſſentur, & manu teneantur, & taliter, quòd trāſeuntes cum beſtijs oneratis, aut ſine onere liberum, & expeditum habeant iter in eundo, & redeundo ad poſſeſſiones eorum, & cōtrafacientes puniantur in decem ſolidorum denariorum pro qualibet vice, qua contrafecerint; & Rector, & Priores eligant ſuper prædictis, & eligere teneantur duos bonos viros pro qualibet contrada, qui prædicta reuideant, & negligentes Poteſtati referant, & ipſe Poteſtas, qui pro tempore erit Kalendis Martij hoc annuatim banniri faciat, & prædicta exequi facere teneatur infra tres menſes proximè futuros ſub vinculo iuramenti, & pœna decem librarum denariorum. Volumus autem, quòd ſi contigerit in aliquo loco, quòd viæ non ſint arronchatæ negligentia vicinorum, & quod habiliter per eam, aut eas homines non poſſint cum beſtijs, aut ſine ire, & redire, quod licitum ſit omnibus tranſeuntibus impunè ire, & redire per poſſeſsionem, iuxta quam via non eſſet arronchata per ſpatium decem pedum ad pedem Communis; & prædicta volumus locum habere in omnibus vijs totius noſtri territorij.

De conductis, ſiue cloacis factis infra Terram, & extra Terram per friſcularios. Rub. XXXV.

ITEM ſtatuimus, & ordinamus, quòd conductus facti infra, & extra Terram Caſtri Fidardi occaſione bibietriſ ulcrum ſen per manuteneantur, & gubernentur in bono ſtatu per friſcularios huius Terræ illis vtentes; & idem ſtatuimus eſſe obſeruandum de conductibus dicta de cauſa in poſterum faciendis,

ciendis,& ſi dicta de cauſa viæ Communis deuaſtarentur,vel deturparentur;ipſis conductibus vtentes,& vijs,ſecunda die poſt deuaſtationem ipſorum cõductuum,& vias actare, & reparare eorum proprijs ſumptibus, & expenſis teneantur,& debeant, ſub pœna decem librarum denariorum pro quolibet ipſorum conductuũ;& vnicuique liceat accuſare,& denunciare omnes de prædictis cõtrafacientes;& denunciator, ſiue accuſator dimidium bandi habere debeat,& illius nomen teneatur in ſecretum.

Quòd conductores plenariarum, ſiue aquæ pluuiæ, ducant eas per foſſata, & non per vias. Rub. XXXVI.

NE viæ deuaſtari valeant,& viarum habilitas nemini impediatur;ſtatuimus,& ordinamus, quòd emptores,ſiue conductores plenariarũ,ſiue aquæ pluuiæ teneantur,& debeant ipſas plenarias conducere,& dirigere cum effectu per foſſata; & curſum idoneum,& non per aliquas vias Communis, vel vicinales pœna viginti ſolidorum pro quolibet contrafaciente, & vice qualibet, qua contrafactum fuerit; & ſi quam viam deuaſtauerit, vel impediuerit qualitercunque ſuis ſumptibus; & expenſis talis conductor teneatur reaptare,& reducere ad priſtinum ſtatum;& ad hoc faciendũ compellatur per noſtros officiales.

De curſu aquarum. Rub. XXXVII.

CVRSVM aquæ à decem annis citra nullus deformet, vel aliter dirigat, & deriuet in præiudicium, & damnum,ſiue incomodum alicuius vicini pœna,& bando centum ſolidorum denariorum;& quilibet poſsit denunciare. Item habens curſum aquæ per locum alterius nõ poſsit,nec debeat inde aliquam immunditiam, nec aliquam aquam,præter pluuiam emictere; niſi pro vt conſueuerit libenter, & pacificè à decem annis citra, ſub pœna prædicta;& nihilominus hoc caſu ille, contra quem talis immundicia emicteretur ſi talis mittens monitus non deſiſtat, poſsit licitè dictum curſum obturare,ſine pœna, & bando; inſuper, ne ex aqua currente per aliquem andronum præiudicium fiat conuicinarũ iuri,vel partẽ habentibus androni;diffinimus, dicimus,& ordinamus,quòd ad petitionem cuiuſcunq; partium altera pars teneatur, & debeat diſcombrare andronum de impedimento, quòd ex domo, vel loco ſuo peruenerit, vel facto ſuo, aut ſuæ familiæ, vel ſaltem participare ad diſcombrandum ſi non apparuerit cuius defectu ingombranmentum acciderit,& etiam ad diligenter, & bene fabricandum, ſeu mactonandum ſolum ipſius androni,& curſum aptandum,& bene currendum; & officialis ad querelam vicini ſi petierit, eat perſonaliter ad videndum andronum,& determinandum ibi quicquid ei videbitur expedire habita, informatione à vicinis;& nemo in aliquem andronum proijciat, vel ponat aliquod obſtaculum, vel impedimentum ad curſum aquæ,pœna quadraginta ſolidorũ denariorum, & in omnibus ſupradictis procedatur ſummariè, de facto, ſine omni ſollemnitate,& figura iuris, & Iudicis;& cogat partes permultas, & alia remedia opportuna, ad prædicta omnia,& ſingula obſeruanda.

De vijs mutandis; & dirigendis. Rub. XXXVIII.

STATVIMVS, & ordinamus, quòd Poteſtas,& Domini Priores huius noſtræ Terræ authoritate præſenti ſtatuti per ſe ipſos,& alios per Conciliũ deputandos, poſsint vias nouas,& de nouo in dicta Terra Caſtri Fidardi,& eius Territorio facere,& factas dirigere, reuocare,demutare,& renouare, tollere, & augumentare, augere, & minuere, ſi voluerit dando, & concedendo ſpetialibus perſonis id, quòd eſt Communis, ſeu eſſe poſſet;& dando, & concedendo Communi illud, quòd eſſet proprium perſonarum; pro vt, & ſicut eſſet ipſorũ Priorum, vel illorum, quos deputauerint voluntatis,& eis videbitur,& placebit habita, ſeu data competenti mercede, contradictione aliqua non obſtante,& quicquid in prædictis,& circa prædicta fecerint habeat plenum robur, & valeat, & teneat pleno iure; dummodo non fiant viæ, quæ eſſent nociuæ fortellitijs, ſiue Terræ prædictæ.

De poſſeſsione vendenda vicinis. Rub. XXXIX.

STATVIMVS, & ordinamus, ꝙ quicunq; voluerit aliquã ſuam poſſeſsionẽ vendere cui vicinus à duobus lateribus attineret,debeat dictus vẽditor vicinũ,ſiue cõſortẽ requirere de emendo,& eam ſibi vendere, ſi emere voluerit pro illo pretio, ꝙ veraciter docuerit poſſe habere de dicta poſſeſsione ab alio; & talis volens vendere debeat dictũ vicinũ,ſeu cõſortẽ requirere,& ſibi preciũ, ꝙ ex ea re habere poterit

declarare coram duobus teſtibus, & ſi dictus vicinus, ſeu conſors prædictam poſſeſſionem, ſeu rem communem emere voluerit, & ſibi pretium dare, purè, liberè, & cum effectu ſine contradictione,& termino longo,qui terminus int elligatur longus per octo dies,eam poſſeſſionem,ſiue rem communem vendere,& ſibi tradere teneatur; quòd ſi contra factum fuerit,tam emptor, quàm venditor contrafaciens in decem libris denariorum vice qualibet puniatur; & nihilominus dictus emptor, aut vẽditor ad petitionem eius, cuius intereſſet de facto cogatur eidem vicino dictam rem vendere pro eodem pretio,quo eſſet empta.

Quod quilibet fumans habeat duo ſtaria orti. Rub. XL.

STATVIMVS, & ordinamus,quòd quilibet fumans dictæ Terræ debeat facere, & habere duo ſtaria orti olerati, pœna quadraginta ſolidorum denariorum; & quilibet Rector inquiſitionem de hoc facere teneatur tempore ſui officij: volumus etiam, quòd dictus Rector in principio ſui regiminis infra vnum menſem bandiri faciat,quòd quilibet habere debeat ſuum ortum clauſum ſoliatum,& cultiuatum, pœna centum ſolidorum de ſuo ſalario.

De cedendis arboribus,& ſepibus. Rub. XLI.

HABENS in poſſeſsione ſua iuſta viam Communis,vel vicinalem arbores ſilueſtres,vel domeſticas,exceptis oliua,& ficu,nimis fulctas,& denſas minori ſpatio,& interuallo quindecim pedũ groſſum,interutranque arborem;vel habens aliquam fractam nimis altam,& buſcoſam, quarum cauſa,vel impedimento via læderetur, vel Solis radijs priuaretur; vel habens aliquem arborem pendentem ſupra viam,vel cuius ramus noceat, vel impedimentum faciat viæ, præter quod deterius tranſeatur per viam, teneatur,& debeat talis habens,quamcunque prædictarum rerum incidiſſe, decarpiſſe, ſeu arroncaſſe talem arborem, ramum, vel fractam ad petitionem cuiuſcunque vicini conquerentis infra quindecim dies à die præcepti facti,ſeu faciendi;& Poteſtas, ſeu eius Vicarius audita querela, teneatur, poſſit, & debeat ſuper prædictis de veritate inquirere,& præceptum facere de incidendo, ſeu abruncando, aut carpendo. Qui verò in dicto termino non comparuerit, & non ſatisfecerit præcepto prædicto, puniatur in decem libris denariorum; & nihilominus prædicta facere teneatur,& compellatur,arbores,& etiam ſilueſtres fultas, ſeu ſpiſſas minori ſpatio,vel interuallo decem pedum,vel frondoſas verſus terram infra ſex pedes; ſiquidem tales arbores ſtarent,vel eſſent in aliquo limite,vel confinio iuxta hortum, vel arundinetum,aut vineam alicuius, ille, qui tales arbores haberet, vel poſſideret, teneatur,& cogi poſſit,& debeat ad petitionem talis vicini habentis hortum, vineam, vel arundinetum ad incidendum, & remundandum tales arbores;& ſi recuſaret, pro qualibet vice,qua hoc facere contempſerit, in viginti ſolidis denariorum puniatur; & nihilominus hoc facere teneatur,& idem fiat, & obſeruetur in qualibet ſepe buſcoſa, vel alta, quàm aliquis haberet iuſta dicta loca ſui vicini,vel aliquod ipſorum;& prædicta locum habeant in arboribus propè confinium ſtantibus infra octo pedes, & non in alijs, quæ latius diſtarent. Item liceat cuilibet domino,ſeu poſſeſſori poſſeſsionis,vel rei ſuper quam aliqua arbor,fracta, vel minus penderet incidere,& roncare per ſe,vel alium ſine pœna,& banno in totum,quod præcederet: volumus ſuper ſua poſſeſsione,vel re,ſemper tamen præcedente monitione,& termino,qua,ſeu quo dominus, vel poſſeſſor talis arboris potuerit commodè talem inciſionem,ſeu roncamentum prædictum facere; liceat etiam domino,ſeu poſſeſſori,tam de terra vicini, quam de ſua propria, colligere omnia poma ramorum,ſeu arboris, & ad hoc faciendum poſſit tantummodo ingredi, vel introire rem, & poſſeſsionem ſui vicini ſine pœna,& banno.

Quòd habens arborem in territorio alicuius, domino territorij vendere teneatur. Rub. XLII.

ITEM ſtatuimus,& ordinamus, quòd habens arborẽ in territorio alicuius, ille, cuius eſt terra,volenti emere, dominus arboris eam vendere teneatur,& è conuerſo,à domino arboris volenti vendere, terræ dominus emere teneatur; & ſi prædicti nequiuerint conuenire, duo viri idonei,& fideles, quos volumus eligi per Rectorem, dictum pretium ſtatuendi habeant poteſtatem.

De ar-

De arboribus fructiferis plantandis. Rub. XLIII.

VT noſtrum territorium fertile,ac fructiferum valeat conſeruari pariter,& augeri, ſtatuimus,& ordinamus, quòd quilibet continuus fumans Caſtri Fidardi ætatis quindecim annorum, & ab inde ſupra,vſque ad ætatem ſexaginta annorum annuatim teneatur,& debeat temporibus congruis in territorio Caſtri Fidardi plantare quatuor arbores fructiferas, ſeu plantari facere,vbi plantanti magis plantare placuerit; ſimiliter inſitare, ſeu inſitari facere ad minus quatuor arbores, ſeu plantas, ſub pœna viginti ſolidorum denariorum de facto auferenda pro quolibet contrafaciente in prædictis, vel quolibet prædictorum,& Poteſtas, qui pro tempore fuerit de prædictis inquirere teneatur, & debeat, & contrafacientes punire pœna iam dicta, & ſi Poteſtas negligens fuerit decem librarum denariorum pœna mulctetur.

Qualiter reuideatur menſura Terræ de qua dubitaretur. Rub. XLIIII.

SI aliqua perſona conqnereretur de menſura aliqua terræ,poſitæ in diſtrictu Caſtri Fidardi,& voluerit ipſam denuò facere menſurari,& reuideri, tunc ponatur pro Commune vnus expertus menſurator,qui ipſam terram menſuret,& menſuratam ſub iuramento referat,& eius relatio redigatur in aliquo libro Communis, quàm relationem de menſura, & quantitate dictæ terræ habentes ordinare, ſeu per Commune poſiti ad ordinandum particularia pro vera,& ſufficienti habeatur.

Quòd quilibet faciat poſſeſsiones apponi in cataſtiſ,& ſoluat collectam. Rub. XLV.

NE noſtra apprecia valeant defraudari, ſtatuimus,& ordinamus,qnòd omnes,& ſinguli, qui habẽt, vel in futurum habuerint poſſeſsiones,domos, ſeu res ſtabiles in Terra Caſtri Fidardi, vel eius territorio,infra vnum menſem continuum,à die quo dictas poſſeſsiones, domos, ſeu res ſtabiles habuerint computandum, ſcribi facere teneantur, & debeant in earum appretijs, & de eis debitam collectam, & & tributa ſoluere noſtro Communi; prout ſecundum tempora qualitatem imponi contigerit, & omnes poſſeſſores ad ſoluendum collectam compellantur de facto per Poteſtatem dictæ Terræ, ſeu eius officiales,& non ſoluens collectas, ſeu ſoluere ceſſans à die., quo ceſſauerit ſoluere, non audiatur, neque ei per Poteſtatem,& eius officiales ius reddatur in ciuilibus,vel criminalibus,donec, & quouſque collectas integraliter non ſoluerit; niſi ſtaret detentus in Palatio pro ipſis collectis ſoluendis, ſeu dilationem haberet de ſoluendo, & alio iuſto impedimento excuſaretur; ſed alij audiantur contra eos non ſoluentes, pro quibus collectis ſoluendis, & exigendis Poteſtas habeat latiſsimam, & liberum arbitrium compellendi non ſoluentes,ac exigendi de facto, prout ei placuerit; & quòd nullus præſumat pro non ſoluente præſtare patrocinium,pœna centum ſolidorum den̄. de facto per Poteſtatem exigendorum, & ſimiliter procuram eadem pœna; nec aliquis domos,& poſſeſsiones de quibus,ſeu pro quibus ceſſatum fuerit in ſoluendo collectas præſumat laborare, colere,vel habitare ſub dicta pœna & ad pœnam noſtri Communi, ſeu ad damna parti nullo modo teneatur; & nihilominus vltra prædictas pœnas domus,poſſeſsiones, & res ſtabiles huiuſmodi de quibus, vel pro quibus collecta ſoluta non fuerit, ſeu in ſoluendo collectam ceſſatum fuerit per biennium,à die ceſſationis huiuſmodi computandum, ipſo facto per ſolum biennij decurſum publicatæ,& confiſcatæ intelligantur, & ſint noſtro Communi, & ad noſtrum Commune ſine aliqua exceptione perſonarum, & liberè, & pleno iure pertineant, & ſpectent, & Syndicus noſtri Communis poſsit, & debeat domos, & poſſeſsiones, & res ipſas apprehendere, & capere pro noſtro Commune; & Poteſtas, qui pro tempore fuerit, teneatur, & debeat vinculo iuramenti, & pœna quinquaginta librarum denariorum, contra non ſoluentes inquirere, procedere, & punire, & vt præmittitur publicare, & confiſcare, & præſens ſtatutum integraliter obſeruare ſub dicta pœna; & ad probationem, quòd collectæ ſolutæ non fuerint, ſeu quod in ſoluendo ceſſatum fuerit ſufficiat, quòd de ſolutione contra poſſeſſores non appareat, poſtquam collecta impoſita, & ſic per decurſum termini prædicti ad ſoluendum intelligatur fundata intentio noſtri Communis, ſeu Poteſtatis inquirentis. Addentes, quòd ſi quis inuentus fuerit poſsidere domos, & poſſeſsiones, ſeu res ſtabiles

H 2 vnam,

vnam, vel plures non deſcriptas in cataſtis, ſiue particularibus noſtri Communis, poſt terminum vnius menſis, vt ſupra computandi, ipſo facto intelligatur, & ſit publicata, & Poteſtas facere teneatur, vt ſuperius dictum eſt contra non ſoluentes, ſub dicta pœna, & nihilominus collectas pro tempore, quo poſſiderit, poſſeſſor teneatur ſolnere, & ad ſoluendum compellatur, vt ſupra in omnibus, & ſingulis caſibus ſupradictis.

Quòd poſſeſsiones, & res apreciate in particularibus, ſiue cataſtis noſtri Communis ſint tributariæ, & ad onera noſtri Communis ſubpoſite. Rub. XLVI.

HAC lege conſtituimus, quòd omnes, & ſingulæ domus, poſſeſsiones, & res immobiles, quæ nunc ſunt ſpecialium perſonarum, & ſecularium Terræ Caſtri Fidardi, ſeu eius diſtrictus, vel quæ poſsidentur per eas in dictis Terra, & diſtrictu, & quæ in ipſa Terra, & territorio, & diſtrictu per quaſcunque ſpeciales perſonas ſubiectas iuriſdictioni noſtri Communis, & regiminis, & omnes, & ſingulæ ſcripturæ, quæ repetiuntur, & reperiri contigerint in poſterum in particularibus noſtri Communis, & hominum dictæ Terræ, necnon omnes poſſeſsiones, domus, & res immobiles ex nunc deinceps ſemper perpetuò ſint, & eſſe reputentur, & intelligantur tributariæ, & ad tributa, & tributis obnoxiæ, ſubpoſitæ, & obligatæ omnium, & ſingularum collectarum, datiuarum, factionum, ſolutionum, & contributionum, ac etiam omnium, & ſingulorum onerum, quæ in noſtro Communi, & per noſtrum Commune de cætero imponentur, exigentur, & imponi, & exigi contigerit; prout, & ſicut de aliquibus ſolutionibus, impoſitionibus, oneribus, vel collectis ſingulis vicibus, & temporibus, ex quibuſcunque cauſis, rationibus deliberatum, prouiſum, & ordinatũ, vel reformatum extiterit, ſeu erit in Concilio generali, ſeu per Conciliũ generale noſtri Communis; ita quod ad ipſas impoſitiones, ſolutiones, & onera tanquam ad inherentia, & debita, & tributa, ex nunc ipſo facto, & iure ſuppoſitæ, obnoxiæ, & obligatæ intelligantur, & perinde cenſeantur, reputentur, & habeãtur, ac ſi omnes, & ſingulæ expreſſæ cum earum, & ſingulis, & diſtinctis oneribus, tributis, & quantitatibus, eſſent, vel fuiſſent ſpecificatæ, & nominatæ, & omnes domini, & poſſeſſores earum intelligantur hæc omnia ſponte facere, & his conſentire, & feciſſe, & conſenſiſſe intelligantur ſtatim ipſo iure, & facto authoritate præſentis ſtatuti.

Quod vſufructuarius teneatur ſubire onera. Rub. XLVII.

ITEM ſtatuimus, & ordinamus, quod vſufructuarius teneatur, & debeat ſubire onera realia, & perſonalia pro poſſeſsionibus, ex quibus fructus percepit, lege aliqua in contrarium loquente non obſtante.

De Colonis, Laboratoribus, Inquilinis, Penſionarijs, & Coptumatarijs. Rub. XLVIII.

HAC perpetua declaratione firmamus, quòd laboratores, & coloni teneantur fideliter, & diligenter, ad vſum boni laboratoris colere, cuſtodire, laborare, mundare, ſeminare, metere, recolligere, & alia facere de re in re, quam laborandam, vel colendam acceperint, quæ per bonos, & diligentes laborato res fieri conſueuerũt, & ſi contra fecerint, & exinde eorũ culpa, & negligẽtia, malitia, & defectu acciderit, vel prouenerit quid læſionis, vel damni, teneãtur, & debeãt domino, vel patrono, qui læſus, vel damnificatus fuerit, tale damnum, & talem læſionem reficere, & reſarcire ſecundum quantitatem, & extimam, & declarationem faciendam per duos bonos homines vicinos talis rei damnificatæ tali defectu; & Poteſtas, ſeu eius vicarius ad querelam domini, ſiue patroni teneatur, poſsit, & debeat vtranque partem incontinenti cogere ad eligendum dictos duos homines: vnum videlicet per partem, qui electi præſtito eorum iuramento poſsint, & debeant, & compellantur videre talem rem, cum commiſſis, & obmiſſis in ea defectu, vel negligentia talis coloni, vel laboratoris, & declarare quantitatem damni, & intereſſe talis domini, vel patroni infra tres dies, & poſtea ad petitionem domini, vel patroni, & talis declaratio valeat, firma ſit, & executioni mandetur per Dominum Poteſtatem de facto, ſine omni ſolemnitate iuris, & iudicij contra colonum, & laboratorem, & tales electi ſi infra tertiam diem non viderint, & non declarauerint in viginti ſolidorum denariorum pœna pro quolibet de facto puniatur. Item ſi aliquis laborator, vel colonus, aut etiam inquilinus, rem à ſe conductam ad laborandum, vel colendum quomodocunque proprietatem,

prietatem, vel poſſeſsionem domini, ſeu patroni interuenerit verbo, vel facto recognoſcēdo eam ab alio, vel de ea, aut ſuper eam, aut occaſione ipſius reddendo alteri, quàm ei, à quo conduxerit, pro quolibet, & qualibet vice in quinquaginta librarum denariorum pœna condemnetur, & nihilominus talis recognitio, ſeu reſponſio alteri facta non valeat ipſo iure, nec domino, ſiue patrono, qui locauerat præiudicet vllo modo. Nullus etiam audeat rem à ſe conductam alteri locare ad eundem vſum, vel alium ſine licentia, & expreſſo conſenſu poſſeſſoris, à quo ipſe conduxerat, pœna, & banno decē librarum denariorum: & nullus à tali perſona conducat ſub dicta pœna. Item quæcunque domus locata, in dubio intelligatur locata ad vſum habitationis, & nō ad alium, & poſſeſsio ruſtica ſimili modo, in dubio locata intelligatur, & conducta ad vſum boni habitatoris: penſiones quoque domorum, & rerum quando non eſſent conuētæ intelligantur, prout prius conſueuerunt locari, & quando de conſuetudine non conſtaret, intelligatur competens merces declaranda per regimen cum concilio duorum proximorum virorum rei locatæ, & conductæ. Et penſiones conuentæ, vel non conuentæ ſemper ſoluantur, & ſolui debere intelligantur in dimidia parte ſtatim finitis tribus menſibus conductionis, & in alia dimidia per duos menſes antequam compleatur tempus conductionis, pacto contrario non obſtante; & nullus inquilinus de rebus à ſe inuentis, & illatis in aliquam domum ei locatam audeat extrahere, vel amouere de ipſa domo ſine expreſſa licentia, & voluntate locantis, pœna, & banno centum ſolidorum denariorum pro quolibet contrafaciente, & vice qualibet, & in omnibus, & ſingulis huiuſmodi caſibus, & emergentibus, ſiue dependentibus ab eiſdem ſemper inter partem locatoris, & conductoris, & hæredum ipſorum procedatur ſummariè ſine ſtrepitu, & figura iudicij.

Quòd forenſes laborantes in noſtro territorio teneantur ſatiſdare in principio laboritij. Rub. XLIX.

NE noſtrum Commune valeat in ſuis viribus defraudari, ſtatuimus, & ordinamus, quòd forenſes laboratores in territorio noſtro in principio ſui laboritij teneantur, & debeant prius antequam laborare inceperint iurare, & idoneam fideiuſsionem preſtare de conducendo bladum, & fructus recolligendum, ſeu recolligendos ex dicto laboritio ad Terram Caſtri Fidardi, & ipſum bladum, ſeu fructus nō extrahere de Caſtro Fidardo, & eius territorio abſque licentia Dominorum Poteſtatis, & Priorum, & de ſoluendo debitam tractam, gabellam, ſeu collectam imponendam per tempora opportuna pro rata, prout ſoluerint noſtri terrigene, & habitatores ſub pœna viginti quinque librarum denariorum pro quolibet contrafaciente, & vice qualibet; & nihilominus, ſi fraudem commiſerint in extrahendo bladum, ſeu fructus, vel aliter pœnæ ordinariæ committentes ſecundum formam noſtrorum ſtatutorum, vltra prædictam pœnam volumus ſubiacere.

Quòd defendantur per Commune poſſeſsiones, quæ ſunt in vltimis confinibus. Rub. L.

SAPIENTISSIME nempe accidit, quòd quis habens aliquam poſſeſsionem in confinibus noſtri territorij, & ſi de ea lis moueatur ab aliquo forſan paupertate coactus, vel alia cauſa indebitæ potius ſe ſuccumbi, quam tueri permictit: ideo ſtatuimus, & ordinamus, quòd ſi contingerit aliquam litem, vel quæſtionem mouendam eſſe de poſſeſsionibus huiuſmodi ſeruatis, ex qua lite præiudicium, ſiue diminutio iuriſdictioni, & confinibus noſtri Communis ſequeretur; volumus, quòd noſtrum Commune in ſe iudicium ſumat, & ipſius Cōis ſumptibus, & expenſis talis poſſelsio, ſeu poſſeſsiones ſolicitè defendantur.

De foueis à blado fodiendis cum licentia Dominorum Priorum. Rub. LI.

STATVIMVS, & ordinamus, quòd nulli liceat in vijs Communis intus Terram, neq; extra Terram fodere, vel fodi facere aliquam foueam à blado abſque expreſſa licentia Dominorum Priorum, qui pro tempore erunt; & ſi quis cōtrafecerit pœna x. lib. deñ. mulctetur. Adijcientes, ꝙ Domini Priores poſsint, & valeant authoritate præſentis ſtatuti concedere licentiam emere volenti, & ei vendere, dummodo talis emens ſoluat noſtro Cōmuni pro tali fouea fodienda xx. ſol. deñ. & dūmodo aliqua fouea in Platea noſtri Cōmunis impoſterū nullatenus fodi debeat, neq; poſsit, nec in aliquo alio loco, vel via, ex qua noſtrum Cōe, vel alius læderetur arbitrio prædictorum DD. Priorum, hoc etiā addito, quòd ſi plures emptores, ſimul concurrerent, ꝙ potius complaceatur illi ante cuius domum foderetur ſi emere vellet,

terrigena, vel forenſis, vel alius quicunque à vulgo præciarolus, ſeu famulus nominatus, qui mercedem ſuam infra dnos menſes ab illato obſequio non petierit amplius petere nō poſſit, nec ab officialibus Terræ Caſtri Fidardi intelligatur, & nullatenus admictatur. Et ſi officiales dictæ Terræ contra dictum ordinem facere præſumpſerint, & fecerint, pœnam incurrant pro qualibet perſona, vel vice decem librarum denariorum, quod ſtatutum volumus etiam intelligi de famulis, qui per menſem, vel annum ſeruiunt, quod niſi pretium petant infra dictum tempus vlterius petere nequeant.

De non maritando alienam filiam, ſororem, vel pupillam. Rub. LV.

ALIENAM filiam, vel ſororem carnalem nemo audeat maritare, nec tractare, quod maritetur; nec eſſe teſtis, Notarius, vel arbiter, aut ex promiſſis in maritando, vel occaſione maritādi, vel aliud, inde, ant circa illud principaliter, vel acceſſoriè ſcienter facere, vel ordinare, niſi cum conſcientia, & expreſſa voluntate patris, vel fratris carnalis, & idem in nepte conſtituta in poteſtate, & deinceps fieri prohibemus per omnia, vt dictum eſt de filia, & hoc niſi talis ſoror vidua foret, & habitaret ſeorſum, & deperſe in diuerſo podere, & manſione à fratre, ſiue fratribus. Item pupillam aliquam, vel adultam minorem quindecim annis, ſiue tutorē, ſiue curatorē habeant, ſiue non, nemo præſumat maritare, vel circa maritandum aliquid operari, vel facere, vt ſupra in filia, & ſorore eſt dictum, ſine expreſſa licentia, & requiſitione trium, vel quatuor ſaltem conſanguineorum proximorum, vel ſaltem affinium, & etiam tutoris, aut curatoris, ſi haberet; contrafaciens in aliquo prædictorum, in quinquaginta libris denariorum vice qualibet, & pro qualibet condemnetur. Excipimus tamen à prædictis ſi quando pater, vel frater non foret ſanementis, vel ex aliqua euidenti cupiditate, & malitia recuſaret conſentire, quo caſu cum licentia Poteſtatis, vel Vicarij prædicta, & quodlibet prædictorum fieri poſſint, & debeant ſine pœna, & banno; in prædictis autem caſibus prohibitis poſſit, & teneatur regimen ſemper, & qualibet vice inquirere, & procedere ad petitionem, & querelam cuiuſcunque.

Quòd mulieres eant tacitè, & non plorando quando vadunt ad Eccleſiam pro obſequijs faciendis pro mortuis. Rub. LVI.

PRO quadam vrbanitate obſeruanda, ſtatuimus, & ordinamus, quòd de cætero nulla mulier dum redit, ſeu vadit ad Eccleſiam vbi celebratur officium, ſiue obſequium in capite octo dierum, vel anni, aut cuiuſcunque temporis pro animabus parentum, filij, mariti, ſeu alicuius attinentium, ſiue affiniū earum per viam, neque in Eccleſia ploret alta voce, nec vociferet, vel boleat, ſed vadat, & redeat tacitè pœna viginti ſolidorum denariorum pro qualibet contrafaciente, & vice qualibet.

De retentione beſtiarum in paſcuis, ne paſcua Communis fraudentur. Rub. LVII.

VT quilibet oneribus noſtri Communis pro rata ſubijciat, ſtatuimus, & ordinamus hac ſanctione permittentes, quòd terrigenis noſtris, & diſtrictualibus perpetuis, & continuis habitatoribus dictæ Terræ liceat animalia, ſiue beſtias ſuas, vel hominum de Caſtro Fidardo in noſtris paſcuis ad paſculandū retinere pro ipſorum libito voluntatis, ſoluendo annuatim noſtro Communi pro erbatico dicti paſculi debitam ratam collectæ, ſiue gabellæ ſibi imponendam per tempora per noſtros Aſſertatores, vt moris eſt, & ordinis, vt ſupra poſiti in primo libro de regimine ſub Rubrica quando, & qualiter imponantur collectæ, &c. ad quam ratam ſoluendam, tam domini, quàm cuſtodes eorum animalium poſſint, & debeāt de facto quibuslibet modis, & remedijs per noſtros officiales compelli preciſè. Ne autem eorum huiuſmodi permiſſionis largitate in retentione animalium prædictorum liceat committere fraudes, neque contendere maiorum iuſſa, vel excedere iuſtitiæ regulas, prouidemus, quòd liceat noſtro regimini: videlicet Poteſtati, & Prioribus, qui pro tempore erunt, quod præhabita deliberatione noſtri Concilij prædictam licentiam retentionis beſtiarum, & animalium, & omnem aliam per noſtra ordinamenta de hoc commiſſam, vel etiam committendam, aut concedendam, & diſponendam, & generalitatem, prout ad bonum noſtri Communis æquitatis obſeruamen, & iuſtitiæ cultum expedire viderint, moderare, priuare, limitare, reſtringere, ampliare, & prout maluerint diſponere, & ordinare ſuper ea pro fraudibus obuiandis, & pro damnis cohercendis, & pro Communis prouentibus vtiliter conſequendis; quocirca omnes, & ſingulæ,

porcinis, & caprinis, quæ mitterentur in paſcuis noſtri Communis aſſignatis, & datis in ſcriptis, tam in prima deſcriptione, quàm poſt primam quandocunque, tam in principio anni, quàm infra annum, gabellam pro toto anno per dominos, ſeu patronos ipſarum integraliter perſoluatur, & non pro rata. Inſuper ſtatuimus, & ordinamus, quòd Domini Priores, qui nunc ſunt, & pro tempore erunt, poſſint, teneantur, & debeant, ſemel, & pluries, vt eis viſum fuerit expedire, eligere, nominare, & deputare duos, ſeu plures bonos viros, qui debeant vnà cum officialibus Poteſtatis, ſeu Cancellario Communis ire, rimari, inquirere, perquirere, & inueſtigare, ac reuidere omnes, & ſingulas beſtias, & animalia, quæ morarentur in dictis paſcuis, & ſi quæ animalia, ſiue beſtiæ repertæ fuerint non deſcriptæ, vel cum fraude ſtare, & morari in dictis paſcuis, eorum domini, vel patroni pœna viginti ſolidorum denariorum puniantur, ſecundum diſtinctionem ſuperius declaratam, de facto ſine omni iuris ſolemnitate. Quorum bonorum virorum officialium, & Cancellarij prædictorum inuentionibus, & relationibus, aut alterius ipſorum virorum officialium credatur, & plena fides adhibeatur abſque aliqua probatione, omniq́ue exceptione, & iuris ſolemnitate reiectis; & prædicti Domini Priores, qui pro tempore fuerint, teneantur, & debeant adminus ſemel tempore ipſorum Prioratus nominare, & eligere duos bonos viros, & eos vnà cum dictis officialibus, ſeu Cancellario mittere ad rimandum, perquirendum, & inueſtigandum animalia, & beſtias exiſtentes in dictis paſcuis, ne fraus aliqua committatur in ipſarum beſtiarum retentione, ſub pœna quinquaginta ſolidorum denariorum pro quolibet ipſorum Priorum, ſi prædictam reuiſionem fieri non fecerint, vt dictum eſt. Hactenus autem cautum eſt de beſtijs, & animalibus terrigenarum in noſtris paſcuis retinendis: nuper verò de prohibita retentione beſtiarum forenſium diſponere procurantes, ſtatuimus, & ordinamus, quòd pecudes, vel alia animalia forenſium cuiuſcunque generis in territorio noſtro poſſint nullatenus retineri, niſi paſcua fortè eis vendita fuerint per Commune, vel per expreſſam deliberationẽ fuerit per Commune noſtrum pro eis retinendis conceſſa licentia, pœna contrafacienti viginti ſolidorũ denariorum pro quolibet animali, & vice qualibet; ſaluo, quòd tranſeundo in aliud territorium poſſint tantummodo per vnum diem morari in noſtro territorio ſoluta prius debita gabella Communi noſtro: dum tamen de damnis, quæ ab eis dari contigerint in poſſeſsionibus in noſtro territorio ſituatis, teneantur ad pœnam, & damni emendationem ſecundum formam noſtrorum ſtatutorum, & ordinamentorum. Quo caſu officiales noſtri Poteſtatis poſsint, & debeant dictas beſtias, vel paſtorem, ſeu paſtores earum, vel ipſas beſtias, ſi maluerint capere, & ducere, & detinere ſub fida cuſtodia, quamdiu debitæ pœnæ non fuerint perſolutæ. Et quilibet officialis noſtri Communis poſſit, & debeat de prædictis inquirere, & inueſtigare, ita quòd fraus in prædictis nullatenus committatur, & ſi reperierit aliquod fictum appodium de beſtijs forenſibus fore factum penes aliquem noſtrum terrigenam, vel habitatorem huius Terræ, tunc omnia animalia, ſiue beſtias contra dictam formam retenta, ſiue retentas faciat, & facere teneatur, & debeat confiſcari, & in noſtro Communi deduci, & applicari; & nihilominus particeps, terrigena, vel habitator frandis, & alij de fraude culpabiles, poſsit, & debeat Domini Poteſtatis, & Priorum arbitrio puniri. Statuimus inſuper, quòd executio dictarum fraudum, & pœnarum tam à terrigenis, quàm à forenſibus ſoluendarum per Poteſtatem, & ſuos officiales, & etiam per Cancellarium fieri poſsit, & debeat contra dominos, ſeu patronos, aut cuſtodes dictarum beſtiarum in fraudem repertarum, ſeu reperiendarum tam in perſonis, quàm etiam beſtijs, & rebus eorum quibuſcunque realiter, & perſonaliter compeſcendo, prout ipſis officialibus, ſeu ipſorum alteri videbitur, & placebit, ſummariè de facto, ſine ſtrepitu, & figura iudicij abſque aliquo proceſſu, & omni iuris ſolemnitate omiſſa, & abſque aliqua diminutione. Item, ꝙ de omnibus, & ſingulis pœnis dictarum fraudum dictarũ beſtiarum, quas Dominus Poteſtas, aut ſui officiales, vel alter ipſorum, ſeu Cancellarius ex eorum, vel alicuius ipſorum inuentionibus effectualiter peruenire fecerint in cippo Communis habeant, & habere debeant quartam partem pœnæ, & non vltra.

De ordine ſeruando in vendendo vinum. Rub. LVIII.

STATVIMVS, & ordinamus, quòd vendens vinum minutim in primis, & antequam vendere incipiat, teneatur, & debeat licentiam, & affectum de quantitate pretij vini vendendi habere à ſupraſtantibus Communis, qui pro tempore fuerint, & bullam, ſiue apodiſſam Poteſtatis bullatam cum ſigillo ipſius Poteſtatis, & affixam in vegete, vbi eſt ipſum vinum venale, necnon teneatur habere, & debeat habere petittum, medium, & fogliettam iuſtos, & bullatos bulla Comunis, & teneatur, & debeat ſoluere Communi, ſiue cui Commune gabellam vini conceſſerit, illam denariorum quantitatem, quæ per Concilium

deter-

determinata fuerit, & contrafaciens ſoluat pro qualibet vice ſolidos viginti, noſtro Communi applicandos, & officialis executionem faciens, quartam partem pœnæ habeat.

De Cribanis, ſiue Fornarijs, & eorum arte. Rub. LIX.

QVAELIBET Cribanaria teneatur, & debeat bene, & diligenter calefacere, ſcopare, & mundare furnum temporibus congruis, & opportunis, & panem per comptum recipere, & reddere, & etiã ipſum panem per competum bonum, & competenter coquere: ita quòd non deturpetur, nec deuaſtetur, ſed bonus competens ad bonum vſum reſtituatur. Item teneatur, & debeat ante furnum tempore, quo panis sfornatur, habere vnam caniſtram magnam: ita quòd panis, qui extrahitur de furno, non cadat in terram; contrafaciens autem pro quolibet dictorum caſuum pro qualibet vice in decem ſolidos puniatur, ad querelam cuiuſcunque offenſi, & credatur ſacramento ipſius offenſi cum dicto vnius teſtis fide digni. Inſuper quòd nullus Cribanarius poſsit, nec debeat calefacere furnum cum noculis oliuarum: niſi tempore renouationis arolæ; & dum etiam ſteterit per tres dies, & vltra, quibus non fuerit calefactum, quod tunc in his duobus caſibus liceat pro prima vice calefacere cum dictis noculis ſine pœna. Item quòd habere debeat pro ſuo labore, & mercede duos panes pro quolibet centenario panis: videlicet pro furno tantum. Item ſi portauerit, & reportauerit panem à domo ad furnum, habere debeat pro labore, & mercede pro quolibet centenario panis, panem vnum pro portione tantum. Item ſi calefecerit furnum cum coquimine Fornarij, recipere debeat pro tali coquimine vnum panem pro quolibet centenario panis, & officialis Poteſtatis teneatur, & debeat pro prædictis inquirere, & rimari, & credatur relationi dicti officialis.

Quod nullus audeat emere piſces, neque alias res venales in ſumma. Rub. LX.

STATVIMVS, & ordinamus, quòd piſces, blada, cepe, allia, & aliæ res venales, quæ in platea Communis portate erunt, nullus in ſumma audeat emere, neque barattare: niſi ob propriam, & euidentem neceſſitatem, & non cauſa mercandi, ſiue reuendendi, nec alteri volenti ex ipſis rebus emere copia ſubtrahatur ſine expreſſa licentia Poteſtatis; & ſi quis contrafecerit in decem ſolidorum pœna puniatur pro quolibet, & qualibet vice; & res emptas admittat; & ipſarum rerum tres partes deueniant in Communi, & cuilibet accuſanti detur alia quarta pars ipſarum rerum taliter emptarum.

Contra vendentes piſces. Rub. LXI.

STATVIMVS, & ordinamus, quòd nulla perſona audeat, vel præſumat poſtquam apportauerit piſces in platea Communis, vel in alijs locis Terræ Caſtri Fidardi, ad vendendum dictos piſces, in loco ſuperius declarato vendere debeat, & teneatur, & qui contrafecerit admittat dictos piſces: videlicet ſi de platea Communis extraxerit abſque licentia ſupraſtantinm. Et Notarius Poteſtatis à prædictis venditoribus piſcium contrafacientibus accipere teneatur, & in Communi conuerti faciat.

De Beccharijs, & eorum arte. Rub. LXII.

CVM laudabilis, & quieta res ſit prudentia agendarum rerum; ideo ſtatuimus, & ordinamus, quòd Domini Priores, qui pro tempore erunt in quolibet anno infra quinque dies poſt carnis priuium, cuiuſlibet anni bandiri faciant diuerſis diebus, & horis, vel aliter inneſtigari, ſi quis vellet emere gabellã carninm, & carnes macellare in Terra Caſtri Fidardi, offerat, & plus offerenti concedandant cum pactis, & capitulis inferius annotatis, & pluribus, & paucioribus, prout ipſis Dominis Prioribus videbitur, & placebit, vnà cum deliberatione Concilij, pœna decem librarum denariorum pro quolibet Prioratu, ſi negligens fuerit, & remiſſus in faciendo bandiri, & tranſactari prædicta; adhoc, vt Terra noſtra ſemper ſit carnibus fulcita: volumus nempè, quòd quicunque terrigena, & forenſis, qui emerit becchariam, ſeu gabellam carnium in dicta Terra Caſtri Fidardi, teneatur, & debeat pro tempore, quo traſactata fuerit ſemper in ſuo banco habere, & tenere carnes ad ſufficientiam legitimas, & legales: videlicet caſtratinas, porcinas maſculinas tantum, agninas, bouinas, prout requiret conditio temporis, ſub pœna viginti ſo'.

Item

Item quòd teneatur,& debeat dare,& ſoluere dicto Communi illam quantitatem pecuniæ, quàm promiſerit pro dicta gabella carnium ad omnem terminum,& petitionem Communis prædicti,ſeu repreſentantis dictum Commune pro rata temporis: videlicet de duobus menſibus in duos menſes: inſuper teneatur dictus beccharius alias carnes vaccinas, bouinas, ſcrofinas vendere ſecundum affectum ponendũ per ſupraſtantes Cõmunis,aut Dominos Poteſtatem,& Priores,conſiderata bonitate,pulcritudine,& pinguedine,& omni earum quantitate. Item quò dictus beccharius teneatur,& debeat dare carnes iuſti ponderis,& legalis, ſub pœna viginti ſolidorum denariorum pro qualibet vice; & teneatur ſupplere debitum pondus. Item quòd dictus beccharius nemini det, neque dare debeat, neque ſcambiare, ſiue permutare carnes vnius animalis,pro carnibus alterius animalis, ſub pœna decem librarum denariorum pro qualibet vice. Inſuper teneatur dictus beccharius habere,& tenere ad vendendum iuſta, & legalia pondera de ferro,vel metallo: videlicet mediam libram, totam libram, duas libras, & omnia alia minora pondera diuiſim,& deperſe integra ſine diminutione in eorum banchis,vbi carnes vendũtur. Teneatur etiam dictus beccharius vẽdere,& dare carnes in eo loco,vbi petitũ fuerit, & omnibus petentibus eas,& in illa quantitate in qua petent, pœna viginti ſolidorum denariorũ pro quolibet,& qualibet vice, ad quam pœnam ſoluendam de facto cogatur. Item, quòd dictus beccharius nõ poſsit,nec debeat interficere,ſeu macellare in dicto macello aliquem caſtratum, qui non proiecerit adminus vnum dentem, & bene refactum, & quotieſcunque contigerit dictum beccharium inaduertenter interficere in dicto macello aliquem caſtratum,qui nondum proiecerit, ſeu non bene refactum, & non bene legitimum, aliqua iuſta, & rationabili cauſa, ille teneatur, & habeatur tantummodo pro agno,& ad inſtar agni,& vt carnes agni vendere,& nõ aliter teneatur,ſub pœna viginti ſolidorum denariorum pro qualibet vice. Nullus præterea in dicta Terra carnes leproſas, male ſanas, aut quomodolibet infectas teneat ad vendendum,nec eas vendat, pœna centum ſolidorum denariorum ſine diminutione de facto noſtro Communi ſoluenda, dictæque carnes in foſſum proijci debeant. Item quòd nullus audeat vendere carnes morticinas,nec eas tenere in macello,ſeu becccharia,pœna viginti ſolidorum denariorum,ſed vendat extra macellum,& non ad pondus,ſub dicta pœna. Nullus etiam in beccharia interficere poſsit aliquod animal, & ſi interfecerit aliquod animal,ſtatim debeat ſanguinem,ſtercora,putredinem colligere in quodam vaſe, & illud vas ſtatim proijcere debeat extra Terram,pœna quinque ſolidorum denariorum de facto ſoluenda. Item ſtatuimus,quòd præfatus non vendat ad pondus, neque ponderet miſtim cum alijs carnibus, neque diuiſim gambectos beſtiarum à genibus infra,pœna quinque ſolidorum denariorum pro quolibet,& qualibet vice; exceptis porcorum gambectis. Teneatur etiam dictus beccharius tenere palam omnes carnes mortuas in macello; ita quòd à volentibus emere videantur,pœna quinque ſolidorum pro quolibet, & vice qualibet. Inſuper teneatur dictus beccharius,ad petitionem cuiuſcunque petentis occidere beſtias,& carnes diſcoriare, & præparare bene, nitide,& bona fide, pœna viginti ſolidorũ denariorum,recepta competenti mercede: videlicet,pro quolibet porco ſolidos tres,per caſtronũ ſolidos duos,pro boue ſolidos quinque,pro agno, ſeu ædo denarios ſex;& vnicuique liceat contrafacientes in prædictis, vel aliquo prædictorum denunciare,& accuſare,& credatur eius ſacramento cum dicto vnius teſtis,& habeat tertiam partem banni,& nomen denunciantis teneatur in ſecreto; & prædicta pœna habita fide, ſummariè, & de facto ſine diminutione aliqua tollatur; volumus etiam,& ordinamus, quòd quilibet poſsit vendere, & vendi facere beſtiã ſuam mortuam ad minutum ſine pœna,& banno,& ſine requiſitione becchariorum, dummodo habeat licentiam à Rectore, qui concedere debeat, ſi Rectori videbitur dictam beſtiam non eſſe taliter infectam, vel defectuoſam,quòd comedentibus poſsit inferre periculum;dummodo ſit à lupis deuaſtata,vel vulnerata,vel alio caſu fortuitu contingente,& quòd ille cuius eſt,iuret dictam beſtiam eſſe ſuam,& quòd nulli vendita ſit,nec poſsit vendi niſi ad minutum, & qui contrafecerit in decem ſolidorum denariorum puniatur,& maiori quantitate arbitrio Rectoris,& quilibet poſsit de prædictis denunciare,& accuſare,& habeat quartam partem pœnæ, & teneatur ſecretus, & credatur eius iuramento cum dicto vnius teſtis bonæ famæ.

Quòd mollarijs liceat ire,& redire per alienas poſſeſsiones iuxta vallatum molendinorum. Rub. LXIII.

MOLLARII poſsint licitè, & impunè ire, & redire per poſſeſsiones ſpecialium perſonarum exiſtentes iuxta vallatum molendinorum, videlicet iuxta clauas; dum tamen damna alia in ipſis rebus,& poſſeſsionibus non inferant.

Quòd

Quòd poſsidentibus iuxta vallatum molendinorum liceat facere pontem. Rub. LXIIII.

POSSIDENTES terram ab alia parte molendinorũ poſsint facere pontem ſuprà foſſatum, ſiue vallatum molendinorum; ita quòd curſum aquæ, vel vallatum non offendat; & aliter nõ faciant, pœna viginti ſolidorum pro quolibet contrafaciente, & vice qualibet.

De pœna auferentium aquam ex molendinis. Rub. LXV.

ITEM ſtatuimus, & ordinamus, quòd nullus audeat, vel præſumat auferre, vel auferri facere aquam de molendinis de curſu exteriori, vel vbicunque poſitis; cauſa deriuandi aquam per alium curſum; & qui contrafecerit ſoluat bannum quadraginta ſolidorum denariorum, & damnum emendet, cuius medietatem banni habeat denunciator, & denunciatoris ſacramento credatur. Item quòd ad hoc, vt aqua liberè poſsit labi ab vno molendino in alterum de vtroque curſu, nullus impediat ipſam aquam auferendo, aut deriuando ipſam aliunde; & qui contrafecerit ſoluat bannum centum ſolidorum denariorum pro quolibet cõtrafaciente, & vice qualibet; & nihilominus ipſam aquam in ſtatum priſtinũ reducere faciat.

Quòd non liceat Rectori aliquem carcerare ſi dederit fideiuſsionem. Rub. LXVI.

CVM ſatis conſonum ſit æquitati in cunctis agendis ad benigniorem tendere partem: ideo ſtatuimus, & ordinamus, quòd ſi contingerit aliquem detineri debere ex quacunque cauſa, qua pecuniaria pœna ſoluenda veniret Rector non poſsit, nec debeat carcerare, neque in alio loco per modum carceris detinere, neque detineri facere: niſi videlicet maſculos in ſala magna Palatij, & fœminas in aliqua congrua Eccleſia Caſtri Fidardi; ſi tales detinendi, ſiue carcerandi ad requiſitionem Poteſtatis idoneæ ſatisdederint.

Quòd Poteſtas teneatur facere regiſtrare præcepta de ſoluendo de facto. Rub. LXVII.

STATVIMVS, & ordinamus, quòd vbicunque ex forma noſtrorum ſtatutorum, & ordinamentorum datur arbitrium Poteſtati, vel eius Vicario procedendi de facto, ex quo veniret pœna imponenda vltra quantitatem decem ſolidorum denariorum, debeat, & teneatur vinculo iuramenti tale præceptũ de ſoluendo facere regiſtrari large in actis; ad hoc vt ſemper appareat, ne fraus aliqua committatur.

De auxilio præſtando Poteſtati ſuper maleficijs. Rub. LXVIII.

STATVIMVS, & ordinamus, quòd ſi contigerit aliquod maleficium committi in dicta Terra Caſtri Fidardi, vel eius diſtrictu, quod abſit, & ipſius maleficij per Dominum Poteſtatem punitio fieri non poſſet, & egeret aliquo adiuuamine, ad hoc, vt dictum maleficium puniatur, Domini Priores aſsiſtere Poteſtati, & facere debeant ſub pœna quinquaginta librarum denariorum.

Quòd quicunque commiſerit aliquid de mandato Dominorum Priorum, & Poteſtatis non grauetur, ſed defendatur expenſis Communis. Rub. LXIX.

ITEM ſtatuimus, & ordinamus, quòd quicunque ex Prioribus, vel ex generali Concilio, vel quicunque alias de mandato Poteſtatis, vel Priorum, vel maioris partis eorum aliquid commiſerit, quod non tendat contra eccleſiaſticam libertatem, vel contra generales curiæ conſtitutiones pœna aliqua, & bando non grauetur immo impune euadat, & ſi durante officio, vel poſt finitum officium pulſatus, vel conuentus fuerit ipſa de cauſa coram quocunque iudice, Commune teneatur eundem indemnem conſeruare expenſis Communis, & Poteſtas pœna centum librarum denariorum de ſuo ſalario, & vinculo iuramenti teneatur hoc fieri facere, de quibus abſolutionem petere non poſsit, & petita, & conceſſa non valeat, cuius pœnæ medietas ſit accuſatoris, vel denunciatoris; & ad probandum ipſum mandatum ſufficiat probatio trium teſtium ad minus, qui teſtes ſint ex illis, qui erant Priores tẽpore conceſsionis mandati.

De

De conſeruando fideiuſſores Communis indemnes. Rub. LXX.

COMMVNE noſtrum teneatur,& debeat omnem perſonam,quæ pro ipſo Communi fideiuſſerit, vel ſe obligauerit pro aliquo debito,vel facto in ſeruitium,vtilitatem,& neceſsitatem Cõmunis cõſeruare indemnem,& ſine aliquo damno:expenſis videlicet ipſius Communis,& Poteſtas hoc fieri faciat ſub vinculo iuramenti.

Quòd nullus officialis,ſiue Notarius forenſis poſsit conficere inſtrumenta,& alias ſcripturas. Rub. LXXI.

NE noſtri terrigenæ,& habitatores huius Terræ Caſtri Fidardi,extra Terram per alienas,ſiue externas Ciuitates ad perquirendum rogita proficiſcantur,quòd non fieret ſine magno animi, & corporis langore, hac præſenti lege ordinamus, quòd nullus Notarius forenſis, ſiue ſit officialis, ſiue non, audeat,vel præſumat in hac Terra,& eius diſtrictu aliquod rogitum, teſtamentum, codicillos, & inſtrumenta quæcunque conficere, rogando ſe de quibuſcunque inſtrumentis occurrentibus, nec aliquam ſcripturam publicam,nec aliquas accuſationes,denunciationes,publicationes pacis,inſtrumenta,& alias varias ſcripturas in Curia noſtri Poteſtatis perducendas, contrafaciens in viginti quinque librarum denariorum de facto puniatur.

De indemnitate officialis in agendis per Commune. Rub. LXXII.

QVIA ſicut pœnam reatus, ita præmium conſequi virtus debet: ideo ne noſtri Communis officiales,qui pro bono,& ipſius Communis ſeruitio, ſeu verò pro honore, & fauore ex debito ſibi etiã iniuncti officij aliquam contra quoſpiam in procedendo,puniendo,vel exequendo, aut aliter pro Communi, vel eius officio laborando, ſeu exercendo,maximè ad petitionem manifeſtam,ſeu occultam Dominorum Priorum,aut aliorum noſtri Communis regiminum,vel etiam per formam alicuius ordinis, vel vigore boni officij exercendi,noxam fortè,aut iniuriam,ſeu offenſionem,vel quamuis noxiam,nouitatem,ſeu damnorum actum fecerint,vel intulerint,valeant exinde, aut poſſint lædi, damnificari,vel aliqua iactura,aut nouitate grauari,ſeu etiam infeſtari,vel vexari, ſed potius iuxta noſtri Communis poſſibilitatem reportare cum opportuna defenſione,& conſequi debeant præmia,& honorẽ,præſenti decreto perpetuò ſtatuere duximus,& etiam ordinare,quòd ſemper in dictis caſibus hoc inſertis ordinamento,& alijs ſimilibus quibuſcunque noſtrum Commune Caſtri Fidardi, & eius regimina teneantur, & debeant ipſos noſtros officiales præſentes,præteritos,& futuros omnes,& ſingulos defendere,deſtrigare,& indẽnes conſeruare omnibus ipſius Communis laboribus,ſumptibus,& expenſis,ab omnibus,& ſingulis moleſtijs,& damnis,grauaminibus,& iacturis quomodocunque,& qualitercunque ipſis officialibus,vel alicui eorum ex dictis caſibus,vel aliquo ipſorũ contingentibus,& illatis,ſeu etiam inferendis per quoſcunque communiter,aut etiam ſpecialiter quibuslibet moleſtationibus, actibus, vel inſidijs iudicialibus, & extraiudicialibus,ad omnem petitionem,ſeu requiſitionẽ cuiuſcunq; ipſorum olim, & nunc officialium, & etiam ſtatutorum, vel eorum hæredum, ſeu attinentium, vel gratia gerentium: ita quod plenam conſequantur defenſionem,& efficacem indemnitatis conſeruationem à noſtro Communi.

De Friſcularijs,& eorum arte. Rub. LXXIII.

VTILE putamus prouidere circa artem Friſculariorum, ad hoc, vt exercentes ipſam, commodum,& lucrum capiant,& perſonæ ſingulares in fructibus oliuarum ſuarum poſſeſsionum,pro quibus onera ſubeunt magna,non lædantur: ſancimus igitur, vt quolibet anno de menſe Octobris,quando Rectori,& Prioribus viſum fuerit, volentes artem friſculariæ exercere, requirantur voce Bayuli, vt coram noſtro Rectore compareant iuraturi,& ſatiſdaturi de ipſorum arte legaliter exercenda, quibus comparentibus primo ſacramentum præſtent,& quatuor idoneos fideiuſſores, vſque ad quantitatem centum librarũ de vtendo ſua arte legaliter,& ſatiſfaciendo omnibus in ipſa arte, vel cũ eis contrahentibus, aut oliuas ſuas pro oleo,vel pecunia dantibus integraliter ſcriptura de ijs numeris ſacramento,& ſatiſdationibus redacta in quaterno per Notarium Poteſtatis:vt deceptum, ſeu damnum dantibus, & inſipiẽtibus

ſequi non poſsit. In primo menſe Nouembris fiat examinatio de oliua ſecretò per tres legales viros, eligendos per Priores populi, quis, & qualis fructus ex ſalma oliuæ haberi poſſit, & ſecundum examinationem factam per eos modus detur recipiendi quantitatem oliuæ pro metro olei reſtituendo friſcularijs, qui ſecundum infraſcriptum modum, vſque ad ſecundam examinationem ab omnibus offerentibus incipiant menſura facta ad raſum cum ligno tondo. Deinde in fine ipſius menſis Nouembris per alios eodem modo electos ſecunda examinatione facta, ſecundum eam, vſque ad tertiam examinationem recipiãt oliuam; vltimo infra decem dies initij menſis Decembris per alios eodem modo electos examinatio fiat, vt infra eãdem examinationem, vſque ad finem laboritij friſculorum, oliuãque pro oleo reſtituendo per ipſos friſcularios recipiant: legales metros, & menſuras habeant, ad menſuras Communis menſuratas, & bullatas. Oleum verò non maculatum reſtituant legaliter; in quibus contrafacientes, vſque ad quantitatem decem librarum per Rectorem ad inquiſitionem, denunciationem, vel accuſationem cuiuslibet perſonæ, & vice qualibet delicti qualitate inſpecta poſſit puniri. Quod ſi fuerint inuenti metra, copatillas, vel alias menſuras habere, & retinere non adequatas, neque examinatas ad menſuras Communis, & ſigno ipſius Communis non bullatas, pœna decem librarum incurrant, & dictæ menſuræ in burgo, ſiue platea Communis publicè comburantur. Et quòd Poteſtas præconizzari faciat annuatim de menſe Nouembris initio friſculorum, & ſæpe requiri per ſuos officiales, & aliquos de Terra, ſi quos adeſſe videbitur Prioribus conueniri.

Libri Quarti Finis.

MVNI-

MVNICIPALIVM LEGVM
AC STATVTORVM ECCLESIASTICAE TERRAE CASTRI FIDARDI
LIBER QVINTVS.

DAMNORVM DATORVM.

De officio, & iuriſdictione officialis damnorum datorum Terræ Caſtri Fidardi. Rub. I.

OFFICIALIS damnorum datorum ad officium deputatus in Terra Caſtri Fidardi, eiuſque territorio,& diſtrictu,ipſo iure,& facto habeat, & habere intelligatur plenam iuriſdictionem cognoſcendi,puniendi,examinandi,& decidendi,in,& ſuper, & de omnibus, ſingulis damnis, quæ dari contigerit perſonaliter, vel cum beſtijs à quacunque perſona, vel beſtia in re,vel poſſeſsione aliena,iuxta formam ſtatutorum pertinentium ad officium eius,& in præſenti Quinto libro ſcriptorum; habeat etiam in iuriſdictione curam,& ſolicitudinem facien di reparari,& etiam ſi opus fuerit de nouo formari, & fieri,ac etiam manuteneri, & gubernari per homines Terræ Caſtri Fidardi,fontes,pontes,& vias per omnia,& ſingula loca opportuna; dum tamen de bonis,& ære Communis Caſtri Fidardi vltra centum ſolidos denariorum pro qualibet reparatione, vel ædi ficatione, abſque ſpeciali deliberatione Poteſtatis, & Concilij, & longas operas exigenti ſimili modo non aliter expendatur,quam cum deliberatione dicti Concilij,& in prædictis omnibus,& ſingulis, & dependentibus ab eiſdem habeat authoritatem,& poteſtatem percipiendi,& perſonaliter cogendi,banniri faciendi,pœnam,& banna imponendi,mulctandi, & exigendi, prout ſibi videbitur expedire: dum tamen ex arbitrio ſuo pœnam vltra viginti ſolidorum denariorum pro quolibet,& qualibet vice imponere non poſſit,nec etiam exigere,& in caſibus expreſſis in ſtatuto formam ſtatuti non excedat,& ſi exceſſerit,vel maiorem pœnam, vt dictum eſt, impoſuerit, ipſo iure ſit nulla, & ad condignas pœnas redacta ſemper intelligatur.

Qualiter procedatur in damnis datis. Rub. II.

POSSINT, & debeant officiales damnorum datorum in,& ſuper damnis datis,& dandis procedere,cognoſcere,& punire per inquiſitionem,denunciationem,accuſationem,& ſimplicem ſcripturam, ac etiam ſine aliquo promotore,ex mero officio,necnon ad relationem cuſtodis priuati,& pœnas,& banna de facto imponere,& exigere per ſententiam, & ad manus Camerarij noſtri Communis facere perueniri,ſummariè, & de plano, ſine iudicij ſtrepitu, & figura: dum tamen legitimæ defenſiones,& veræ non prohibitæ,vel non reijciendæ per formam alicuius ſtatuti,ſeu ordinamenti noſtri Communis ſaltē ſummariè audiantur,& admittantur,& dummodo ſemper de damno conſtet aliquo infraſcriptorum modorū inſertorum,& ordinamento ſub rubrica de probationibus damnorum. Et quicquid inde aliquo dictorum modorum actum fuerit,ſiue factum per dictum officialē valeat,& teneat plenè,non obſtante iure contra-

 rio,&

rio,& vna via procedendi ad aliam, nihilominus redire poſsit: excipimus autem à dicta clauſula,& arbitrio procedendi ad aliam ex mero officio per inquiſitionem, vel inuentionem, ſine promotore, & etiam procedendi ad relationem cuſtodis priuati, caſus infraſcriptos: videlicet quoties damnum aliquod fuerit datum per aliquam beſtiam bouinam, cauallinam, aſininam, mulinam, vel pecudineam, aut porcinam, vel horum generum in terra ſoda diſculta, aut ſtopiata, vel maieſata, aut campeſtra non ſeminata, aut etiam in terra pratiua, poſtquam eo anno fœnum fuerit inde ſecatum, & ſublatum, vſque ad Kalendas Martij, & non fuerit iterum ipſa terra cultiuata eodem anno ghiſſata ſolemniter, prout continetur infrà de damno dato cum beſtijs in blado &c. Etiam in terra buſchoſa, vel ſiluata, aut in aliqua rota. Item de ſolo tranſitu, vel ingreſſu perſonali pedeſter euntis, aut equitatis per poſſeſsione alterius non hortẽſem, vinealem, canetalem, vel non ſeminatã aliquo genere bladi, vel leguminis. Item de lignis, aut herbis ſilueſtribus, quæ portarentur per operarios, ſiue laboratores diurnos, vſque ad vnum faſsium, vel couum ligatum portabilem in collo virili, die, & loco, quo laborauerint. In quibus exceptuatis caſibus tantum per accuſationem, denunciationem, promotionem, vel querelam procedi volumus, & non aliter, facta prius prohibitione à patrono, ſiue domino rei in præſentia vnius teſtis bonæ famæ. Addimus huic ordinamento, quòd in damnis datis, vel dandis vnica ſola citatio ſufficiat ad excuſandum: adeo, quòd ſi ſemel citatus per publicum Bayulum ex commiſsione officialis prædicti, contra quem procederetur occaſione alicuius damni, non comparuerit legitimè, & idoneæ in termino in citatione præfixo, ex tunc die termini elapſa habeatur, & reputetur contumax ipſo iure, & poſſit, & debeat puniri, & condemnari per omnia, tanquam veræ confeſſus, & conuictus, & pro confeſſo, & pro conuicto habeatur, & eius condemnatio, ſeu pœnæ impoſitio valeat, & firma ſit cum omnibus inde ſecutis, & ſecuturis, iure contrario non obſtante: dumtamen ſaltem die præcedenti pro die ſequenti citatus extiterit perſonaliter, vel ad domum habitationis citati, quàm domi citationem aliquis vicinus, vel alius teſtis perſenſerit, cuius nomen ſit in relatione redactum, & talis relatio volumus, quòd ſufficiat pleno iure, & ei plena fides adhibeatur, & prædicta de citatione locum habeant in caſibus, in quibus ex damno dato veniret imponenda pœna decem ſolidorum, vel ab intus ſupra, vbi autem veniret imponenda pœna à decem ſolidis ſupra, tunc citatio debeat fieri per cedulam infraſcripti tenoris; videlicet, die tali de mandato talis officialis damnorum datorum infra ſecundam diem à die citationis ad ſe excuſandum à quadam inuentione, & quod repertus fuit perſonaliter damnum dare in tali loco, ſi perſonaliter damnum datum fuit, vel ſi damnum datum fuit cum beſtijs dicatur, eo quòd tot ſuæ beſtiæ talis generis repertæ fuerint damnum dare in tali loco, & apponetur annus, menſis, & dies citationis, quæ cedula præſentari, & relaxari debeat perſonaliter ei, qui citari debet, vel ad domum ſolitæ ſuæ habitationis eam cedulam affigendo in oſtio dictæ domus cum præſentia vnius teſtis, de cuius præſentatione, & relatione, ſiue affixione, credatur relationi publici Bayuli cum dicto vnius teſtis, & aliter factæ citationes non valeant, nec teneant. Et ſi citatus infra dictum terminum non comparuerit, legitimè poſsit, & debeat puniri per omnia tanquam veræ confeſſus, & conuictus.

De accuſationibus, & denunciationibus damnorum datorum. Rub. III.

ACCVSARE poſsit, & admictatur, etiam non contradicente patre, filius familias, & etiam mulier, necnon minor, qui ſit ætatis ſaltem decem annorum, & tam colonus partiarius, quàm dominus poſſeſsionis: dum tamen ex accuſatione coloni, etiam dominus percipiat partem emendationis damni, & in concurſu dominus admictatur potius, quam colonus: ſalua colono parte ſuæ emendationis, & refectionis damni: colonus verò, ſiue laborator dominum poſſeſſionis, ſiue patronum accuſare nõ poſsit, niſi de graui damno, & enormi, ex quo læſus, vel damnificatus extiterit colonus pro parte ſua adminus in centum ſolidos denariorum: poſsit tamen pro damno illato ciuiliter agere, ſeu conſequi emendationem à patrono, & etiam admittatur accuſans de damno dato in re communi, quilibet conſors, ſiue partem habens in ipſa re damnificata, non obſtante contradictione alterius partem, vel ius habentis, & ſuper eis potius habeatur, & admittatur ad accuſandum, qui primo peruenerit conquerendo, vel denunciando de damno; dum tamen de vno damno amplius, quàm ſemel quantum ad pœnam non cogantur: ſalua ſemper cuilibet conſorti, ſeu in partem damnificato parte emendationis damni pro rata. Et idem iuris fiat, & obſeruetur in cæteris damnum paſsis, & quorum intereſt.

Admit-

Admittantur etiam, nihilominus ad accuſandum omnes alij, & ſinguli non prohibiti de iure communi. Accuſari autem poſſit, & de damno inquiri, & quilibet puniri maior octo annorum. Item filius, & filia etiam ſine conſenſu patris, & contradictione patris non obſtante, & alius quilibet de damno culpabilis per ſe, vel eius animalia, qui de iure accuſari non prohibetur. Præterea ad repulſam friuolarum exceptionum, quæ plerunque aduenerint in cauſis damnorum, valeat, & recipiatur accuſatio generalis, etiam inepta, & in ſe continens ſimul, & ſemel diuerſa facta, & concluſiones, ſiue diuerſas actiones, vel continens eaſdem perſonas pro reis, ac etiam pro teſtibus contra alios, alia quacunque accuſatione, denunciatione, vel querela non obſtante, & aliqua deformitate, & repugnantia acceptionis illius formæ, dum tamen aliquis intellectus concludens, & damni qualitatem demonſtrans ibi appareat reſultare. Teneatur quoque dictus officialis propria ſua manu in actis ſuis ad petitionem petentis ſine aliqua mercede in ſcriptis redigere quamlibet accuſationem, denunciationem, ſeu ſimplicem querelam dicentis damnum in re, vel poſſeſſione propria, vel conducta damnum fore. Et ſuper dicta ſcriptura, tanquam ſuper vera accuſatione, poſſit, & debeat procedi, & pœna exigi, ac emendatio damni, ſicut ſuper accuſatione legitimè formata. Officialis contrafaciens, vel recuſans prædicta ſcribere, vel etiam admittere, puniatur pro quolibet, & vice qualibet in centum ſolidos denariorum noſtro Communi applicandorum. Admittaturque, & reputetur legitimus ad accuſandum de damno dato familiaris, ſiue famulus alicuius, qui comparens coram officiale iurauerit ſe habere in mandatis à domino, quod accuſet vel denunciet: & ſuper tali accuſa, & denuncia, aut etiam querela procedatur, & procedi poſſit, & valeat pleno iure: niſi dominus expreſsè contradixerit ante excuſationem ſuper proceſſu; dum tamen emendatio damni ſemper capiatur, & fiat in perſona domini. Item, quod ad cauſam damni dati reputetur idoneus ad accuſandum, ſeu denunciandum is, qui tempore damni facti, ſeu illati tenuerit, & poſſederit rem damnificatam: non obſtante, quòd alius in re ipſa ius aliquod habeat, vel prætendat. Talis tamen accuſatio, ſeu denunciatio cum inde ſecutis nullum præiudicium parere poſsit alteri ius habenti quo ad aliud.

De probationibus damnorum datorum. Rub. IIII.

EX probationum anguſtia damnorum ſequitur impunitas; quia ſecreto frequentius inferuntur, ampliantes ideo probationum materiam, prouidemus, quòd infraſcriptæ probationes, & altera ipſarum in ſuis caſibus locum habeant, valeant, & ſufficiant pleno iure. Prima quidem inuentio damni, facta per officialem in actis ſuis ſi ſcripſerit ſe aliquam perſonam, vel beſtiam inueniſſe damnum dare tali die, vel de nocte in tali loco, habere decernimus probationis plena efficaciam, & effectum, abſque alia inuentionis, vel damni probatione. Item pro plena probatione haberi volumus, & admitti relationem Bayuli publici, qui ex commiſſione ipſius officialis ad petitionem cuiuſcunque conquerentis ad locum damni dati acceſſerit, & ibi vidiſſe, ſeu inueniſſe retulerit per perſonam, vel beſtiam damnum datum, huiuſmodi quærimonia, commiſsione, & relatione redacta in actis. Item relatio cuſtodis priuati ad hoc deputati, & iurati iuxta formam inferius traditam, qui ſuo ſacramento etiam dicto præſtando retulerit aliquod damnum dari, vel fieri in vinea, canneto, vel arbore fructifera, vel pomis ad vſum hominis inuentis, & etiam in glande, habeat inſtar, & effectum plenæ probationis, & valeat vſque in quantitatem decem ſolidorum denariorum, & in ipſa quantitate decem ſolidos pro quolibet damno, & qualibet vice ex ſimplici relatione prædicta pœna poſsit imponi, & idem in blado, in lino, & legumine obſeruetur à Kalendis Martij impoſterum, in maiori verò quantitate pœna non poſsit imponi ex tali ratione, & ſacramento de damno dato in aliqua prædictarum rerum, niſi cum dicto vnius teſtis idonei, per quod vnà cum relatione prædicta, poſsit, & debeat plena, & perfecta impoſitio pœnæ ſequi, iuxta facti qualitatem ex forma ordinamenti de ipſo damno loquentis. De alijs autem damnis, ideſt in alijs rebus datis, nulla pœna ex tali relatione cuſtodis imponi, vel ſequi poſsit. Volumus tamen, quòd liceat, & poſsit probari contrarium eius, quòd retulerit cuſtos in totum, vel in partem, ſaltem per duos teſtes, quo caſu teneatur ipſe cuſtos ad pœnam, & emendationem, & non perſona, vel beſtia per eum denunciata. Item ſacramentum cuiuslibet domini, vel poſſeſſoris, ſeu etiam coloni, aut laboratoris rei damnificatæ conquerentis, & iurantis per ſe, vel aliquem ſuum familiarem, aut nuncium bonæ famæ, & conditionis vidiſſe, & inueniſſe in re, vel poſſeſsione ſua dam-

num dari perſonaliter, vel cum beſtijs, ipſa quidem querela cum iuramento redacta in actis, ſimili modo habeatur, & reputetur pro plena probatione, vſque ad quantitatem pœnæ viginti ſolidos denariorum dummodo nemo eodem menſe, eundem hominem, de eodem, & ſimili damno, amplius, quàm ſemel, hoc modo per ſacramentum audiatur accuſans; poſſit tamen, vt ſupra contrarium probari, dictum quoque vnius teſtis bonæ famæ teſtificantis de viſu alicuius damni, vſque in quantitatem pœnæ quinque libras denariorum pro quolibet damno valeat, & ſufficiat, tanquam plena probatio, cum iuramento tamen, vt ſupra, dum tamen in quantitate pœnæ maiori decem libras denariorum teſtis non minoris ætatis quatuordecim annorum. Item mulier præterea, familiaris, & domeſticus, vſque in quantitatem viginti ſolidorum denariorum incluſiuè pro quolibet damno, & quolibet delinquente.

De priuatis cuſtodibus eligendis, & eorum officio. Rub. V.

STATVIMVS, quòd in Terra Caſtri Fidardi habeantur, & ſint viginti quatuor cuſtodes priuati, & pauciores, prout videbitur Dominis Prioribus, & Poteſtati dictæ Terræ ad damnum referendum officiali: videlicet boni homines, graues, & fideles, quorum quilibet ſit ætatis ad minus vigintiquinque annorum, & poſſideat in Terra Caſtri Fidardi, vel eius diſtrictus bona immobilia valentia adminus vigintiquinque libras denariorum qui eligantur per Priores, vnà cum noſtro Poteſtate prædicto modo, & loco ſecreto, qui ſic electi teneantur acceptare, & ad hoc cogantur perſonaliter, & de facto, appellatione remota; & teneantur ipſi cuſtodes tenere ſecretè, & ſi contrafecerint reuelando, puniantur pro quolibet, & vice qualibet in centum ſolidos denariorum de facto, ſine aliqua ſolemnitate perſoluendis. Poteſtas autem, aut Priores, qui hoc reuelauerint, aut ipſorum alter reuelans, puniatur de facto, ſine aliqua ſolemnitate in vigintiquinque libras denariorum pro quolibet, & vice qualibet; teneaturque, & debeat noſter Rector ſub iam dicta pœna in principio ſui regiminis ſtatim requirere cum effectu ipſos Priores ſuper prædictis, & nomina ipſorum cuſtodum, qui nominati fuerint per eoſdem diligenter conſcribere faciant, eoſque ſingulariter, & ſeorſum clam in nocte faciat reuocari, & ſigillatim eorum nomina conſcribere, & recipere faciat corporaliter iuramenta, ſtipulationeſque de attendendo diligenter ad damna, & eorum officia exercenda, & ipſa damna penitus referendum infra quintum diem ex quo nouerit, & viderit, & de comparendo quolibet die dominico, coram officiali ad referendum ſi damnum dari viderint, & de ſoluendo pro pœna vſque ad quinque ſolidos quoties in aliquo prædictorum contrafecerit. Eorum autem cuſtodum nullum cogat officialis realiter, vel perſonaliter ad aliquid dicendum, vel faciendum, poſtquam comparuerit, vt dictum eſt, & dixerit ſcire ſe vidiſſe damnum dari, vel fieri, aut non: ita quòd facta relatio per ſacramentum ſolum Deum habeat victorem, ſaluo quando aliquem referendo denunciaſſet, & contrarium probaretur, vt in præcedenti ordinamento, de prædictis autem omnibus officialis faciat ſpecialem librum ſeriatim, & diſtinctæ continentem dictas electiones, ſtipulationes, & iuramenta, ac etiam ſingulas relationes ſupradictas, quorum cuſtodum officium duret continuè pro ſex menſibus, quibus tranſactis, alij ſimiles habeantur.

De emendatione damnorum datorum, & qualiter etiam ad ipſam emendationem teneantur conuicini. Rub. VI.

OFFICIALIS damnorum datorum prædictus teneatur, poſſit, & debeat in ſingulis caſibus ſemper dum exigit pœnam Communis pro damno dato, ſimul exigere condemnationem damni ſoluendam parti damnificatæ, vel alteri pro ea ab eadem perſona, quæ ipſam pœnam Communis perſoluerit, & vnà cum ipſa pœna; ita quòd ſimul, ſemel executio fiat: nec retardetur executio damni, quamuis pœna Communis foret exacta. Quantitas verò pro emendatione damni ſoluenda in ſingulis manualibus damnis, ſeu perſonalibus illatis in orto, vinea, canneto, lino, blado, legumine, pomis, & arboribus fructiferis: etiam in damnis per beſtiam illatis, præſente cuſtode, ſiue beſtiæ domino damnum datum in ſupradictis locis, vel aliquo eorum ſit, & eſſe intelligatur tanta, quanta eſſet dimidia pars integrè quantitatis ſolutè, vel ſoluendæ, pro ipſo damno pro pœna Communis non obtento beneficio confeſſionis: in alijs autem diuerſis damnis fiat emendatio in tanta quantitate, quanta eſſet

quarta

quarta pars totius, & integri banni ſoluendi in Commune pro damno illato, & ſaluo cum diceretur damnum magis grauè, & enormè eſſe, quam dictum ſit. Quo caſu inſuper ſuplementum fiat emendationis in tantum vltra quantum extimauerint duo legales viri ad hoc ſpecialiter deputandi, ſiue deſtinandi in quolibet caſu prædictorum; & ſi damni actor, vel factor non appareret officiali, tam manualiter, quàm cum beſtia datum emendetur per ſex viciniores circunſtantes perſonas de iuriſdictione noſtri Communis, quæ perſonæ, vel quarum beſtiæ loco, & tempore dati damni, vel facti, proximiores extiterint de die, ſiue de nocte, iuxta damni conditionem, & qualitatem, & officialis deſcriptionem, & quòd huiuſmodi perſonæ, & beſtiæ, ſic perſonaliter proximiores extiterint dictis loco, & tempore ſtetur, & credatur dicto vnius teſtis ætatis, & conditionis, quæ ſufficit ad probationem damni, ex forma præcedentium ordinamentorum. Et talis emendatio fiat in quantitatibus ſupradictis infra decem dies à die damni dati, vel expoſitæ quærelæ, pœna officiali negligenti de ſuo ſalario decem librarum denariorum.

Licentia domini, vel poſſeſſoris, qualiter excuſet, vel non, & quòd officialis teneatur ſcribere ipſas licentias. Rub. VII.

LICENTIA data, vel danda per dominum, vel poſſeſſorem loci, vel per colonum, vel coptumatarium, vel tutorem, ſeu tutricem, aut curatricem alicuius, necnon per adultum, aut per Prælatum, Rectorem, vel Capellanum alicuius Eccleſiæ, vel loci, ſeu etiam œconomum, aut curatorem bonorum in ſcriptis, ſiue ſine ſcriptis in præſentia tamen duorum teſtium quandocunque ipſum damnum ante illatum valeat, & ſufficiat ad executionem, & impunitatem pleno iure. Item præſentia domini, vel poſſeſſoris, ſeu etiam coloni, vel alterius prædictorum, qui loco, & tempore damni dati præſens extiterit, ſimili modo ad impunitatem ſufficiat ſine aliqua licentia, & de tali licentia ſtetur iuramento domini, vel poſſeſſoris, ſeu etiam coloni, & ſimilium. Procuratoris autem de hoc non habentis ſpecialiter mandatum, aut conſortis, aut partem habentis in re communi pro indiuiſo licentia non excuſet, nec relenet vllo modo, ſine voluntate domini, ſeu conſortis: aliorum autem licentias, veluti famulorum, laboratorum in re domini, aut factoris, & ſimilium perſonarum patrocinari, ſeu releuari non volumus vllo modo. Præterea de damno illato in vinea non vindemiata, ſtantibus vuis: videlicet cum beſtijs, aut in horto, & de inciſione arborum, & apertura domus, vel caſſinarum, aut etiam de damno collectionis oliuarum, ſeu acceptionis lignorum de cataſta, vel fœni, vel paleæ de palearijs, vel de ruptura excluſiminis alicuius loci clauſi, ſeu acceptionis cannarum de canneto, vel vinea, vel vindemiationis vuarum alterius, vel acceptionis ferramentorum, aut ſatelliorum de metitura, & aliunde exportatione cuiuſcunque generis bladi, & exportationis pomorum in quantitate vnius quartucij, vel ab inde ſupra: metitura vineorum vltra vnam branchatam replectionis foſſati, vel fractura pontis licentiam generalem, & non expreſsè datam patrocinari, vel prodeſſe ad excuſationem non volumus vllo modo; ſed ſpecialis, & expreſſa licentia in quolibet horum caſuum potius requiratur. Item volumus, quòd officialis ex officio debito teneatur ſcribere licentias prædictas, quæ ſua præſentia concederentur ſine ſolutione aliqua, & eas per ordinem denotare in aliquo ſuo libro ad petitionem concedentis, vel recipientis, ita quòd bene appareat, pœna decem ſolidorum denariorum de ſuo ſalario pro qualibet vice, qua contrafecerit.

Pater pro filio, & Dominus pro famulo, qualiter teneatur. Rub. VII.

PATER pro filio familias ad ſoluendum, tam pœnam, quàm emendationem, vſque ad legitimam filij familias, ſi pars peruenerit ad patrem ex ipſo damno modis omnibus teneatur. Dominus autem, ſeu patronus pro famulo, vel ſeruiente de damno teneatur ad emendationem, & pœnam: ſi quidem ipſe mandauit damnum fieri, vel ei præſens fuerit loco, & tempore damni, & ex poſt factum, aut lucrum inde perceperit: alioquin non niſi pro quantitate ſalarij, nondum verè, & nondum fictè ſoluti teneatur, expenſis: videlicet ipſius famuli, ſiue ſeruientis.

De abo-

De abolitione, & caſſatione proceſſuum damnorum datorum. Rub. VIII.

CVM, vt plurimum per iracundiam, & quandoque per errorem ad accuſandum, querelandum, ſiue denunciandum homines proſiliant, & interuallo temporis iracundia digeſta, & errore correcto ad benigniorem redeunt animi diſpoſitionem. Ideo ſtatuimus, & ordinamus, quòd ſi quis accuſauerit, denunciauerit, vel quærelauerit in ſcriptis, vel oraculo viuæ vocis aliquem, ſeu aliquos perſonaliter, vel cum beſtijs quomodocunque damnum dediſſe in aliquibus locis, ſiue poſſeſsionibus, de quibus ſibi permittitur accuſare vigore noſtrorum ordinamentorum, & ipſum, vel ipſos, ſeu alterum ipſorum à dicta cauſa, querela, ſiue denunciatione retrahere voluerit, & abolitionem, & caſſationem proceſſus petierit infra quinque dies à die, qua talis reus, ſiue rei ab ipſa accuſa, querela, ſiue denunciatione ſe excuſauerint, aut ſi fuerint contumaces à die, qua citati fuerint computandos, poſſit, & debeat receſſatio, ſiue abolitio fieri, & admitti: dumtamen perſona, cuius fauore, vel vtilitate fieret, ſoluat Cammerario noſtri Communis ante ipſam abolitionem, vel in ipſa cum effectu veræ numerationis duos ſolidos denariorum pro quolibet damno ſine proceſſu; de qua ſolutione Poteſtas noſter nullam habeat partem aliquo ſtatuto in contrarium non obſtante. Hoc addito ad prædictorum maiorem declarationem, quòd de inuentionibus factis per officialem damnorum datorum, & declarationibus priuatorum cuſtodum, ſiue Bayuli miſsi ad videndum damnum ad petitionem alicuius ex commiſsione officialis abolitiones, ſeu receſſationes nullatenus admictantur, neque fiant.

De præſcriptione proceſſus damnorum datorum, & eius expeditione, & quòd officialis teneatur ire ſemel ad inueſtigandum. Rub. IX.

VOLVMVS, & ordinamus, quòd de damnis perſonaliter, vel cum beſtijs datis, vel dandis vltra, vel poſt duos menſes à die illati, vel facti damni minimè procedatur. Et ſi quocunque modo procederetur, vel proceſſus foret initus, non valeat ipſo iure. Inſuper addimus, quòd officialis teneatur, & debeat quemlibet proceſſum damnorum incœptum, ſeu incipiendum expedire, & finire infra quindecim dies, à die initiati proceſſus computandos. Addimus quoque, quòd officialis damnorum datorum, teneatur, & debeat ad minus ire eum vno cuſtode ſemel in die, & die qualibet ad inueſtigandum, & perquirendum per territorium Caſtri Fidardi contra damnum dantes, & plus, prout ab aliquo extiterit requiſitus; contrafaciens officialis in aliquo prædictorum, pro vice qualibet in centum ſolidos denariorum noſtro Communi applicandos, puniatur.

De fauore officiali damnorum datorum exibendo per Poteſtatem, & Priores. Rub. XI.

POTESTAS, & Priores eorumque officiales, & familia teneantur, & debeant pœna decem librarum denariorum pro quolibet, & qualibet vice ad requiſitionem dicti officialis damnorum datorum, & præſtare auxilium, conſilium, & fauorem, celebrando conſilia, & præpoſitas, & deliberationes faciendo, & executioni mandando omnia, & ſingula incumbentia, & pertinentia ad officium dicti officialis, & banniri faciendo, & ipſi officiali præbendo aditum, & commoditatem Palij; necnon carceris Communis, & clauium cauſa cogendi, & detinendi reos, & alias opportunas perſonas. Et Vicarius Poteſtatis, teneatur, & debeat ei conſulere, iura ipſius augere. Tubatores quoque, & Bayuli obedire teneantur eidem in banniendo, citando, & alias opportunas faciendo.

De cura officialis damnorum datorum in reparatione viarum, fontium, pontiumque, & de vialibus, & qualiter emendentur damna illata per prædictos. Rub. XII.

OFFICIALIS damnorum datorum teneatur, & debeat ex debito ſui officij perſonaliter, ſaltem ſemel in menſe accedere, & nihilominus quoties à vialibus, vel aliquo ipſorum fuerit requiſitus; necnon ad quærelam cuiuſcunque de Terra Caſtri Fidardi, ad prouidendum vias, ſtratas magnas noſtri territorij, & maximè fontes, & pontes Communis, ne ob ruinam, vel alium caſum, defectum aliquem patiantur; & ſiquidem in aliqua parte ipſarum viderit, vel cognouerit ipſum defectum, ſollicitè infra quindecim dies, à die, qua ſibi notum fuerit per conuiſcinos de eius contrata, in qua eſſet, fiat reparatio, & teneatur etiam ſaltem ſemel in tempore ſui officij facere banniri, quod omnes poſsidentes iuxta vias, & de dicta contrata, & iuxta alias vias Communis, debeât arroncaſſe fractales, ſiue ſepes earum poſſeſsionum iuxta ipſas vias infra certum terminum, & foſſata conſueta, vel opportuna facere fodi, & etiam remundari vias vicinales, poſsit, & debeat facere reparari ad petitionem cuiuſcunq; vicini, cuius intereſſet, prout viderit expedire: ſimiliter etiam, & pontes teneatur fodi, reparari facere foueas, ſiue munimina riparum Communis vbi, & quando fuerit opportunum ſumptibus Communis. Quisquis autem aliquem arborē fructiferam, vel ramum inciſerit, vel aliquid aliud de poſſeſsione alterius acceperit, & de mandato officialis, vel alicuius vialis, cauſa ædificationis, vel reparationis alicuius viæ, pontis, vel fontis, ſiue ſbarræ ad pœnam, vel emendationem damni nullatenus teneatur: ſiquidem ipſa res inciſa, vel arepta fuerit officiali aſsignata, & in ipſa ædificatione, ſeu reparatione appoſita; ſi tamen damnum contingens alicui, vel ex inciſione, aut acceptatione prædicta foret graue: videlicet à decem ſol. ſupera, tunc ad quærelam ipſius damnificati teneatur officialis facere emendari ſibi damnum per Commune; ſi per Cōmune fuerit opus, vel per eos, per quos ipſum opus expediretur, pœna officiali negligenti, & non obſeruanti prædicta, & qualibet prædictorum in decem lib. denariorum de ſuo ſalario vice qualibet applicanda noſtro Cōmuni.

Qualiter liceat reducere beſtias repertas in damno, & de pœna impedientium tales reducentes. Rub. XIII.

ORDINAMVS, quòd quilibet, qui poteſt accuſare per formam ſtatuti de damno, poſſit etiam omnes beſtias, quas inuenerit damnum dare in aliqua poſſeſſione, pro qua accuſare poteſt, recolligere, capere, ducere, & curiæ præſentare dictæ Terræ, & Camerario noſtri Communis aſsignare. Qui Camerarius Communis teneatur, & debeat dictas beſtias ſibi aſsignatas ſtatim recipere, & tenere, & nulli reſtituere, donec dominus, vel cuſtos, vel alius quiuis, cuius intereſſet non ſoluerit pœnam, & emendationem damni, ſecundum formam noſtrorum ſtatutorum, & dicti accoligentis ſacramento credatur de inuentione, & damno vſque ad ſummam viginti ſolidorum denariorum: ab inde verò ſupra ſufficiat probatio vnius teſtis cum ſacramento accoligentis prædicti, & ſupradicta diſtinctio, & forma locum habeat in beſtijs terrigenarum perſonarum. In forenſibus autem, tam beſtijs, quàm perſonis indiſtinctè liceat cuilibet capere, & reducere, & etiam Curiæ præſentare, & Camerario aſsignare, & tenere, & pœnis afficere, & ad damnorum emendationem compellere, ſecundum formam noſtrorum ſtatutorum, & ordinamētorum, quoties in aliqua poſſeſsione, vel re noſtri Communis, territorij, & diſtrictus repertæ fuerint damnum dediſſe, vel dare, vel etiam paſculare in territorio noſtri Communis, & accoligentis ſacramento credatur de inuentione, damno, & paſculatione, & nulli liceat tale animal, ſiue animalia reducenti, ſiue capienti accipere, nec reparare, neque aliquod impedimentum facere, quominus dictum animal, ſiue animalia coram officiali reducantur, pœna contrafacienti pro quolibet, & vice qualibet decem librarum denariorum. Camerarius autem dictas beſtias conſignatas aſsignare debeat hoſpitatori, qui hoſpitium facit in hac noſtra Terra, qui eas bene, & diligenter cuſtodiat, ſiue cuſtodiri faciat ſumptibus domini, ſiue patroni ipſorum animalium.

De parte condemnationis damnorum datorum tangente parti. Rub. XIIII.

STATVIMVS, & ordinamus, quòd quilibet accuſator, vel denunciator, vel ad cuius inſtantiam procederetur, aut inquireretur de aliquo damno dato, ſiue accuſatione, denunciatione, vel inquiſitione, debeat habere medietatem condemnationis, & emendationem damni, ſiue petierit, ſiue non. Et idem dicimus de inuentione animalium in damno.

Qualiter primo cuſtos, deinde dominus animalis teneatur, & ipſum animal pro noxa. Rub. XV.

DE vno quoque damno per beſtiam dato, primum teneatur cuſtos, & in ſubſidium, ſiue defectum cuſtodis poſſeſſor talis beſtiæ teneatur, tam ad pœnam, quàm ad damni emendationem. Beſtia autem ſemper obnoxia ſit, ſeu obligata eſſe intelligatur pro damno, ſiue noxa: necnon pro pœna, ita quòd capi, & detineri poſſit pro prædictis non reperto cuſtode, vel domino.

De recuſantibus forum, vel iuriſdictionem noſtri officialis in damnis datis, & de pœna Syndici non obedientis eidem. Rub. XVI.

NONNVLLI, qui etiam rationabiliter noſtri Communis iuriſdictioni ſubiecti ſunt, vt de damnis per eos datis prætextu declarationis remaneant impuniti, audent forum, & iuriſdictionem noſtri Communis, & officialis iugiter declinare, & eiuſdem recuſare iudicium; cui morbo, quatenus poſsibile eſt medelam adhibendo, decernimus, quòd quoties quæuis perſona damnum per ſe, vel eius animal dediſſe in aliqua re, vel poſſeſsione noſtri diſtrictus fuerit culpata, denunciata, inquiſita, vel accuſata, ſeu relata, immemorata in Curia noſtri Poteſtatis, & eius officialis damnorum datorum, vtique iuriſdictionem, vel forum eius declinare, vel recuſare præſumpſerit, opponendo aliquam fori, vel iuriſdictionis declinatoriam exceptionem, ſeu defenſionem ſcriptura, vel verbo, quominus ipſius officialis iuſtis, & honeſtis mandatis obediat, vel recuſet pœnam ſoluere de damno dato, vel facto, quòd legitimè conſtiterit iuxta formam noſtrorum ſtatutorum, tunc ſemper, & in quolibet caſu idem officialis ex vinculo iuramenti, & pœna viginti quinque librarum denariorum de ſuo ſalario noſtro Communi perſoluenda, teneatur, & debeat talem perſonam, vt præmittitur, declinantem, recuſantem, vel inobedientem per Syndicum noſtri Communis, deputatum ad maleficia referendum, in Curia generali iudici maleficiorum domini Rectoris Marchiæ de ipſo damno, & alijs denunciari, & facere referri. Et nihilominus procedere non omittat, ſi perſona fuerit ſecularis. Sin autẽ perſona Eccleſiaſtica foret, aut Religioſa, vel Clericali ordini adicata: tunc denunciari, & referri facere teneatur, & debeat coram iudice ſpirituali, eiuſdem Curiæ generalis, ita quòd damna data, vel facta pœnitus punita reſultent; & talis Syndicus eidem officiali in talibus obedire, denunciando, & referendo, teneatur, & debeat pœna vnius floreni de ſuo ſalario qualibet vice, qua contrafecerit.

Quòd ſuper pœnis, & caſibus non ſpecificatis in ordinamentis procedatur de ſimilibus ad ſimilia. Rub. XVII.

IN caſibus, & damnis datis, tam perſonaliter, quàm cum beſtijs non ſpecificatis procedat officialis, & puniat de ſimilibus ad ſimilia, iuxta ordinamenta caſuum, quibus conuenientius adaptatur ſecundum prouidentiam, & arbitrium Domini Poteſtatis. Deficiente verò ſimilitudine iuris ſcripti municipalis: tunc recurratur ad antiquam probabilem conſuetudinem, prout hactenus obſeruauimus in noſtra Terra. Qua etiam deficiente, tunc terminetur, & fiat propriè, vel per ſimilitudinem ſecundum iura Cõis. Quibus etiam in ſimilitudine deficientibus, tunc obſeruetur, & fiat in determinatione ipſius caſus, & cauſæ, ſecundum arbitrium, & diſcretionem regiminis Concilij Credentiæ.

De pœna officialis non obſeruantis ſtatuta. Rub. XVIII.

OFFICIALIS non obſeruans ſtatuta ad eius officium pertinentia, in quolibet caſu, in quo alia pœna ſibi non foret impoſita, in decem libras deñ. de ſuo ſalario qualibet vice puniatur.

De duplicatione pœnarum damnorum datorum de nocte. Rub. XIX.

DE nocte poſt occaſum Solis, & ante ortum eius de mane, damnum dans perſonaliter, vel cum beſtijs, puniatur in duplum pœnæ, qua puniretur de ſimili damno, vel pro dãno de die dato, vel facto.

De be-

De beneficio ſolutionis infra terminum. Rub. XX.

QVIA etiam de iure communi ſponte ſoluenti,quodam modo indulgetur,& quòd citò datur gratius eſſe ſolet: ideo præſenti ordinamento firmamus,quòd perſona accuſata, denunciata, relata, inuenta,vel inquiſita accuſatione cuiuſcunque damni,tam perſonaliter,quàm cûm beſtijs illati in Curia,& foro noſtri Communis infraſcripto beneficio merito releuetur: videlicet ſi ſuam condemnationem,ſiue pœnam effectualiter cum bulectino ſcripto manu officialis ſoluerit Camerario noſtri Communis, infra quindecim dies,à die cõdemnationis,dimittatur ſibi in executione, pro beneficio ſolutionis infra tempus quarta pars totius ſummæ,quàm ſine beneficio ſoluere debuiſſet. Alioquin dicto termino xv. dierum elapſo ſolutionis beneficium ſibi non proſit:ſed fiat integraliter executio contra eum.

De diſculta vinea non habendo pro vinea,necnon de canneto,& horto,& de damnum dantibus in eis. Rub. XXI.

AD declarationem caſuum in præſenti volumine contentorum circa pœnas damnorum datorum in vineis,hortis,& cannetis,definimus ad præſens, vt vinea intelligatur eſſe illa,in qua vites in magno numero exiſtant virides, & putatæ per tres annos proximè præcedentes ante damnum factum, ſiue datum,vel dandum, etiam ſi ſemel tantum in dictis tribus annis fuerint putatæ: non putatæ autem in dicto triennio pro camporalibus reputamus. Diffinimus quoque, quòd cannetum intelligatur eſſe illud,in quo vceni cannæ virides in magno numero exiſtant, & ſic inciſum per tres annos proximè præcedentes, & ſi ſemel tantum in dictis tribus annis fuerit inciſum. Non inciſum autem in dicto triennio pro camporali volumus reputari. Volumus etiam,quòd hortus intelligatur locus,laboratus,ſeminatus, oleratus,& ſepibus circundatus,& vbi ſint herbæ,olera,vel agrumina,ſeu poma ſpectantes, vel ſpectantia ad hortũ, & omnino ſepibus circundatum. Item pro horto intelligatur locus vbi ſit copia milonum,melangularũ, zuccarum, citronum, & his ſimilium pomorum, & quilibet alius etiam ſi non foret ſepibus circundatus:dummodo magnis numeris vitium,vcinorum,ſiue cannarum,& milonum ibi ſit, & prædicta declarationi relinquimus,& arbitrio Poteſtatis, & Priorum. Addimus tamen huic ſtatuto, quòd ſi qua perſona tantum in dictis vinea, & canneto, quæ vigore præſentis ſtatuti pro camporalibus reputantur,damnum dederit: videlicet ibidem agreſtam,ſiue vuam colligendo,vites, & cannas incidendo, vcinos fodiendo,& his ſimilia damna inferendo: puniatur vice qualibet in dimidio pœnæ, qua puniretur ſi damnum datum fuiſſet in vinea,vel canneto in ſimili caſu.

De damno dato perſonaliter in hortis. Rub. XXII.

DANS, vel faciens damnum in horto,vel giardino,vel intrando aliunde ſine licentia domini,& inde colligendo,& exportando acrumen,rapas,radices,paſtonacas,olera,vel herbas,inſalatitium,poma,milones,zuccas,milangolas,& his ſimilia,in decem lib.denariorũ puniatur pro quolibet,& vice qualibet: fodiens verò, ſeu carpens inde aliquam plantam arboream, vel incidens aliquam vitem,vel arborem, in xxv.lib.deñ. pro quolibet, & vice qualibet puniatur. In horto verò aliquo, vel caſtelletto extra Terram poſiti in diſtrictu Terræ Caſtri Fidardi, dans,vel faciens damnum perſonaliter intrando,& colligendo poma,acrumen,rapas,radices,paſtonacas,olera,inſalatitium,vel herbam hortalem,milones, zuccas,milãgolas,& his ſimilia,pro quolibet,& vice qualibet in centũ ſol.deñ.puniatur. Sed ſi intrauerit tantum,vel tranſitum inde fecerit,nihil colligendo,& exportando,in quinquaginta ſol.deñ. pro quolibet, & vice qualibet puniatur. Incidens verò, vel carpens inde aliquam plantam arboream, vitem,vel ramum arboris fructiferæ,in decem lib.deñ. pro quolibet, & vice qualibet puniatur. Incidens verò ibi arborem non fructiferam in tribus lib.deñ.condemnetur pro quolibet,& vice qualibet. Quid autem ſit,& qualiter intelligatur hortus,habetur ſub Rub. de diſculta vinea. Colligens verò, & exportans olera,vel alias res hortales,vel acrumina,milones,zuccas,& milangolas,& his ſimilia,rapas,radices,& paſtonacas hortarolas de campo, vel vinea aliena, vel alio loco non hortali, in quinquaginta ſol.deñ. pro quolibet, & vice qualibet puniatur. Quas condemnationes,vel aliquam ipſarum nõ ſoluens infra tres dies à die præcepti de ſoluendo facti per officialem, dummodo præceptum fiat poſt tempus,quo licuit appellare,recludatur in carcere,donec dictam pœnam ſoluerit cum effectu.

De dam-

De damno dato perſonaliter in vinea, blado, legumine, & canneto. Rub. XXIII.

VITEM aliquam incidens in aliena vinea abſque domini licentia, pro quolibet, & vice qualibet, in centum ſol. deñ. puniatur. Incidens verò aliquam vitem tribbiani, vel vizaghi, & alterius generis vuarum, dummodo de paſina, non intelligatur alibi, quàm in vinea exiſtentem: videlicet infra tali, vel ſupra aliquam arborem, ſeu incidens etiam dictam arborem, ſeu aliquam pergulam vbicunque exiſtentem, puniatur pro quolibet, & vice qualibet, in x. lib. deñ. & pro qualibet arbore, ſi fructifera erit, in x. lib. deñ. Sin autem arbor inciſa non fructifera erit, pro ipſa arbore in lib. quinque deñ. Et hoc de arboribus, ſuper quibus vites exiſterent, intelligatur. Deuaſtans verò pergulæ ædificium in quinque lib. deñ. puniatur. Colligens vuas in vinea aliena ſine licentia poſſeſſoris, putà racemos, ſiue raſpos, in quinque ſol. deñ. puniatur. Prohibentes ad cautelam, quòd morantes ad vindemiandum in vinea aliena, etiam cum licentia domini non poſſit facere, vel incidere pendulos vuarum, nec etiam raſpos, ſeu racemos exportare vltra duos pro quolibet die; contrafaciens puniatur, vt dictum eſt, pro quolibet raſpo in quinque ſol. deñ. Accipiens, exportans de aliena vinea palos quoſcunque, aut etiam vites, ſiue ſarmenta, in quadraginta ſol. deñ. puniatur pro quolibet, & vice qualibet. Secans herbam in vinea aliena, in quinque ſol. deñ. puniatur. Et ad dubitationem remouendam in ſingulis caſibus, quid ſit vinea, & cannetum, & hortus declaratio traditur ſupra ſub rub. de diſculta vinea. Metens aliquod genus bladi, vſque ad vnum couum, & ab inde infra, in xx. ſol. deñ. puniatur pro quolibet, & vice qualibet. Buſſulam grani, ſeu bladi alicuius faciens, in decem ſol. deñ. pro quolibet, & vice qualibet puniatur. Accipiens autem, vel metens aliquod genus bladi alicuius, non cum licentia domini, ab vno couuo ſupra, in decem lib. deñ. pro quolibet, & vice qualibet puniatur, & pro quolibet couuo. Metens herbas in blado alieno pro quolibet, & qualibet vice, in xx. ſol. deñ. puniatur, & omnia, quæ dicta ſunt de blado, ſeu in blado locum habeant in quolibet genere leguminis, vel frumenti: videlicet, vt metens, accipiens, vel exportans, iuxta prædictam ſimilitudinē puniatur. Prohibentes expreſsè, quòd laboratores, operarij, meſſores, ſpicarole, aut aliæ quæcunque perſonæ extraneæ, præter perſonam domini, vel poſſeſſoris, & eius familiarium, non audeant vllo modo, vel cauſa colligere aliquas ſpicas, vel quantitatem frumenti, ſiue bladi, exiſtentis in campo, vel poſſeſsione alicuius, nec ipſas exportare, vſque quo vniuerſa ſeges, vel quantitas bladi exiſtens in ipſo campo, & de ipſo campo non fuerit in vnum compoſita, & congregata in meta, ſiue muchia, abſque licentia domini, vel poſſeſſoris, contrafaciens puniatur pro quolibet, & vice qualibet, in xx. ſol. deñ. & ſuper hoc teneatur, & debeat officialis damnorum datorum facere ſpecialem inquiſitionem, eundo per loca opportuna ad inueniendum, & faciendo banniri, pœna officiali contrafacienti decem lib. deñ. de ſuo ſalario noſtro Communi applicanda. Cannetum alicuius, ſiue damnificans perſonaliter cauando vcinos, vel cannas incidendo pro quolibet, & qualibet vice in quadraginta ſol. deñ puniatur. Faciens verò frondas canneti, & exportans pro quolibet, & vice qualibet in decem ſol. deñ. puniatur. Accipiens autem cannam de cataſta, vel aliunde, vbi fuerit congregata, & inciſa, in centum ſol. deñ. condemnetur pro qualibet ſalma, & qualibet vice, ab vna ſalma infra in quinquaginta ſol. deñ. pro quolibet, & vice qualibet. Faciens alias herbas in canneto, vel cannetum alienum aliter damnificans, in quinque ſol. deñ. puniatur qualibet vice. Per aliam verò poſſeſſionem alieuius perſonaliter tranſiens, ſeu ipſam ingrediens nihil colligendo, vel exportando, in duobus ſol. pro quolibet, & qualibet vice puniatur, excepta cauſa venationis, & aucupationis, quo caſu liber ſit perſonalis ingreſſus, & tranſitus per poſſeſsionem alterius, niſi per bladum tantum à Kal. Maij in poſterum, ſed per hortum, etiam ex cauſa prædicta nullo modo tranſitus fiat, ſub pœna prædicta. Hic poſtremò adijcimus, vt ſi qua perſona aliena bladum, legumen, vel ſemen lini, & ſimile iam tritulatum, batutum, ſiue triſcatum, ſeu à paleis excuſſum de alterius area, vel loco, non cum voluntate domini acceperit, vel exportauerit vſque ad vnum quartutium ad menſuram noſtri Communis, puniatur pro quolibet, & vice qualibet à centum ſolidorum, vſque in centum lib deñ. arbitrio, & diſcretione officialis. Pro quantitate verò maiori dicto quartutio, puniatur per Curiam noſtri Poteſtatis pro furto vero maleficio maioribus, & minoribus pœnis, iuxta perſonarum, facti qualitatem, & prout de iure fuerit faciendū.

De Inciſione oliuarum, & aliarum arborum fructiferarum. Rub. XXIIII.

INCIDENS arborem oliuæ à pede: videlicet à ramis infra, in xxv. lib. deñ pro quolibet, & vice qualibet puniatur. Ramum verò incidens dictæ arboris, vel rumpens, in decem lib. deñ. pro quolibet, & vice qua-

ce qualibet puniatur. Fraſcam verò dictæ arboris incidens, vel rumpens in quadraginta ſolidis denariorum puniatur pro quolibet,& qualibet vice. Arborem piri,mali,ficus,nucis,amigdalæ,amognati,ceraſi, perſechi,ſorbi,ghiſini,maligranati, prunij,quercus glandiferæ exiſtentis alibi, quam in ſilua,& ſimilium fructiferarum arborũ incidens à pede à ramis infra,in decem lib.deñ. puniatur pro quolibet,& vice qualibet. Ramum verò incidens, vel rumpens huiuſmodi arboris, vel alicuius ipſarum in tribus libris denariorum pro quolibet,& vice qualibet puniatur. Fraſcam autem dictarum arborum incidens,vel rumpens in viginti ſol.deñ.pro quolibet,& vice qualibet puniatur.

De inciſione arborum non fructiferarum,& ſiluestrium. Rub. XXV.

ARBOREM pro ædificio valoris quinque ſol. denariorum, vel ſupra, exiſtentem alibi, quam in ſilua,vel rota incidens,in centum ſolidis denariorum pro quolibet,& vice qualibet puniatur. Minoris verò valoris arborem non fructiferam,vel ligna incidens alibi,quàm in fractali, in viginti ſol deñ. pro quolibet, & vice qualibet puniatur. Alicuius verò fractalis alicui aliquod lignum non ab ædificio incidens,vel rumpens,in quadraginta ſol.deñ.pro quolibet,& vice qualibet puniatur. Arborem ab ædificio in rota, vel ſilua exiſtentem: videlicet actam pro trabæ, vel cordiſca, in tribus libris denariorũ pro quolibet,& vice qualibet condemnetur. Alia verò ligna minuta in ſilua incidens,in decem ſolidis denariorum pro qualibet ſalma,& vice qualibet puniatur,& à ſalma infra in quinque ſolidis denariorum pro quolibet,& vice qualibet puniatur. Ramum verò quercus, non pomiferum, vel vlmi incidens,vel rumpens,in quinque ſolidis deñ. pro quolibet, & vice qualibet puniatur. Et in omnibus ſupradictis officialis non poſsit inquirere,neque procedere,niſi ad querelam domini, ſiue patroni ipſarũ rerum. Arborem verò ſalicis vincariæ à pede incidens,vel rumpens, aut ſalconi, in tribus libris denariorum pro quolibet, & vice qualibet. Incidens verò ramum dictæ arboris, vel metens vincum à decem vincis ſupra in quadraginta ſol. deñ. pro quolibet, & vice qualibet condemnetur. A decem vincis infra incidens vincum in quinque ſol.deñ.pro quolibet,& vice qualibet puniatur.

De damno dato perſonaliter in pomis. Rub. XXVI.

ALAMANS, vel battens,ſeu cadere faciens poma pirorum,ſeu malorum beſtijs bouinis,vel alijs in centum ſol.denariorum pro quolibet,& vice qualibet puniatur. Alia vero poma: videlicet ficus, nuces,& ſimilia alamans,battens,vel cadere faciens beſtijs in quadraginta ſol.denariorum pro quolibet, & vice qualibet puniatur. Colligens verò manualiter poma piri,mali,perſici,nucis,maligranati, malicotonij,& ipſa exportans,in quadraginta ſolidis denariorum pro quolibet,& vice qualibet puniatur. Colligens vero ipſa poma,vel aliquod ipſorum,& ibidem comedens, in quinque ſolidis denariorũ pro quolibet,& vice qualibet puniatur. Colligens autem,& exportans alia poma: videlicet amigdolas,ficus, antefolia,pruna,ceraſa,viſina,galegnanos, aniſpolas,amonatia,ſorba,& his ſimilia, in decem ſol. denariorum pro quolibet,& vice qualibet puniatur. Colligens verò dicta poma, vel aliquod ipſorum,& ibidem ea comedens, iuxta pedem arboris in quinque ſolidis deñ. puniatur. Colligens oliuas de arbore, uel alamans,uel de terra ſubter arborem anteaquam ſint collectæ per dominum, uel poſſeſſorem, aut oliuas collectas accipiens, ut de uero maleficio furti per Curiam Poteſtatis puniatur maioribus, & acrioribus pœnis,iuxta perſonarum,& facti qualitatem,ut de iure fuerit faciendum. Saluo ſi quidem accuſator,uel perſona damnificata maluerit procedi per dictum officialem caſu,quo poſsit,& debeat pœna imponi pro quolibet delinquente,& qualibet uice à decem lib.deñ.uſque ad uiginti quinque lib. arbitrio, & diſcretione Poteſtatis,iuxta perſonarum,& negotij qualitatem.

De accipientibus alienum fœnum, paleas, aut herbas pratiuas, uel guardatas, uites, fraſcas, uel alia ligna inciſa,necnon de ordine ghiffandi. Rub. XXVII.

DE domo extra terram,caſſina,uel caſtellecta alicuius accipiens, uel exportans fœnum, uel paleam, uites,fraſcas,uel ligna ſi cum ſomerio,uel beſtia in decem libris deñ.puniatur; ſi ſine ſomerio accipiens, & exportans in collo in centum ſolidis denariorum pro quolibet, & uice qualibet puniatur. De paleari, uel de mucchia, cataſta, alibi, quàm in dictis locis exiſtentibus extra terram accipiens,

 vel ex-

vel exportans fœnum,paleam,vel ligna cum ſomerio, in centum ſolidis denariorum pro quolibet, & vice qualibet puniatur. Sine ſomerio, in quinquaginta ſolidis denariorum pro quolibet, & vice qualibet puniatur. Paleam,fœnum,vites, & ligna non compoſita in aliqua muchia, vel cataſta alibi,quam tribus dictis locis,aut herbam prati, ſeu campi guardati fœnatam alienam accipiens, vel exportans cum ſomerio,in quinquaginta ſolidis denariorum pro quolibet, & vice qualibet puniatur. Si ſine ſomerio in viginti ſolidis denariorum condemnetur. Metens, vel exportans herbam de prato alieno, vel campo guardato,ſeu ghiffato, ſi cum ſomerio in viginti ſolidis denariorum pro quolibet,& vice qualibet puniatur, ſine ſomerio in decem ſolidis denariorum puniatur. Intelligatur herba guarda ta,vbi in campo fuerint hinc inde affixæ arundines ad numerũ decem arundinum, ſiue cannarum per aliquem dominum, vel poſſeſſorem campi,cauſa fœnum cuſtodiendi, de qua ghiffatura,affixione arundinum, & cuſtodia fœni ſtetur, & credatur dicto vnius teſtis bonæ famæ. Et quælibet familia de Terra Caſtri Fidardi poſſit ghiffare quinque modiolos terræ aptæ ad fœnum producendum in ſua propria poſſeſſione, vel conducta, & non vltra. Hoc addito, quòd quandocunque voluerit ghiffare, debeat hoc dare in ſcriptis Poteſtati noſtræ Terræ, vel ſuis officialibus,& locum,& quantitatem modiolorum,& iurare debeat,& teneatur,quod tale ghiffare facit ſolummodo cauſa ibidem cuſtodiendi fœnum,& aliter terræ ghiffatæ habeantur pro non ghiffatis. Accipientes autem aliquam dictarum rerum de domo, vel de alio loco, præter hortum infra terram poſitum,puniatur in forma veri maleficij de furto per officium Poteſtatis.

De pœna aroncantis fractam alienam,vel frangentis pontem,aut foſſatum replentis,vel aliquid proijcientis in poſſeſsione alterius. Rub. XXVIII.

ARONCANS fractam a'terius,vel inde accipiens ſpinas,vel aliquid de cluſimine non de voluntate domini,vel poſſeſſoris,nec de mandato alicuius officialis, in quadraginta ſolidis denariorũ pro quolibet,& vice qualibet puniatur. Frangens, vel rumpens, vel aliter impediens pontem, vel anditum alienum,aut foſſatum in aliqua parte replens,vel explanans,vel pontem faciens ſuper foſſato, vt habeatur aditus ad alienam poſſeſsionem, in centum ſolidis denariorũ pro quolibet, & vice qualibet puniatur.

De pœna accipientis lateres,vel cuppos,lapides, ſiue ſtoppiam carpitam, vel non; herbam ligatam,vel non de poſſeſsione alterius. Rub. XXIX.

ACCIPIENS de poſſeſsione alterius poſita in territorio, vel diſtrictu Terræ Caſtri Fidardi extra terram aliquem laterem,vel lapidem,aut coppum non ædificatum pro ſingulo latere ſimiliter,& coppo,in quinque ſolidis denariorum puniatur: pro quolibet verò lapide magno in viginti ſolidis denariorum puniatur. Ciucam verò,vel alios minutos lapides,pro quolibet,& vice qualibet, puniatur in tribus ſolidis denariorum. Si ſtuppiam carpitam vſque in ſex mannochios, in quinque ſolidis denariorum pro quolibet; ab inde verò ſupra,in viginti ſol.deñ.puniatur pro quolibet. Carpens ſtuppiam in poſſeſſione aliena ſine licentia domini in viginti ſol. deñ. puniatur pro quolibet. Accipiens herbam alterius à terra ſecatam, vel ſeparatam,in decem ſol. deñ. pro quolibet, & vice qualibet puniatur. Ligatam verò herbam accipiens in quindecim ſol deñ.pro quolibet,& vice qualibet puniatur.

Quòd laboratores non ferant de fructibus ſine voluntate domini, & apodiſſa officialis. Rub. XXX.

NVLLVS laborator de poſſeſsionibus alienis, quas colit, ferat vuas, vel alia poma, aut ligna,ſeu cannas ſine expreſſa licentia domini,& apodiſſa ſcripta,vel bullata, aut ſubſcripta per officialẽ noſtri Communis ſine ſolutione aliqua,contrafaciens pro quolibet, & vice qualibet in xx. ſol. deñ. puniatur, & officialis non poſſit, nec debeat de hoc apodiſſam dare ſine voluntate domini poſſeſsionis,pœna decem lib.deñ.de ſuo ſalario puniatur.

Quòd nuntij dominorum,vel poſſeſſorum, non teneantur ad pœnam. Rub. XXXI.

FREQVENTER accidit,quòd domini,ſiue poſſeſſores poſſeſsionum, & rerum, nuntios, amicos, conuicinos,vel familiares ad eorum res,& poſſeſsiones ad aliquid faciendũ,tollendum,ponendũ,vel alium

alium actum operandum, auferendum, colligendum, ſiue portandum perſonaliter, vel cum beſtijs dirigunt, vel tranſmittunt, quorum operatio, actus, vel factum officiali fortè, vel alijs videtur damnoſa, damnoſus, ſiue damnoſum, & ſic pœnas promereri aduerſus alios communiter conſtitutos. Nos verò attendentes, quòd nuntij ſunt, picha, & organum dominorum, & quod ſuarum rerum quilibet debet eſſe moderator, & auctor, ac etiam quòd volenti nulla irrogatur iniuria: hac propterea deciſione firmamus, vt in talibus caſibus, & ſimilibus nunqnam aliquis teneatur ad pœnam: immo pœnitus ſit impunis, niſi quando dominus, ſiue poſſeſſor non fuerit ſane mentis, vel indiſcretus; & actus, qui fieret, vel factus eſſet obnoxius foret euidenter, ſiue indubitanter. An autem voluntate, & mandato domini, ſiue poſſeſſoris factũ fuerit, tam nuntij, qnàm ſimilium perſonarum ſacramento ſtari debeat, & dicto, abſque aliqua probatione requirenda. Volumus autem præſens ordinamentum habere locum in rebus, & ſuper rebus vnà, vel pluribus alienis, ſeu etiam pro indiniſo communibus, niſi quãdo fieret omnium dominorum, vel poſſeſſorum mandato, & voluntate, quo caſu ſimiliter fiat.

Quòd quicunque iuerit, per poſſeſsionem alicuius, cauſa expellendi beſtias, non teneantur ad pœnam. Rub. XXXII.

STATVIMVS, & ordinamus, quòd ſi aliquis intrauerit, ſeu iuerit per poſſeſsionem alterius cauſa extrahendi, vel expellendi beſtias, ſeu beſtiam de damno, dummodo damnum aliter non dederit, niſi pedes eundo, ad pœnam minimè teneatur.

De ingredientibus, vel damnum dantibus in poſſeſsione alterius contra prohibitionem, vel proteſtationem domini. Rub. XXXIII.

INGREDIENS alterius rem, vel poſſeſsionem perſonaliter, vel cum beſtia domino, vel laboratore, aut filio familias prohibente, de qua prohibitione ſtetur dicto vnius teſtis bonæ famæ, vel etiã poſt proteſtationem à domino, ſiue patrono factam cum rogatione Notarij, puniatur de ſolo ingreſſu pro quolibet, & vice qualibet, in centum ſol. denariorum, & nihilominus de damno, qnod dari contigerit contra prohibitionem, vel proteſtationem puniatur in duplo pœnæ ſtatutæ de ſimili damno abſque prohibitione, & proteſtatione.

De pœna forenſium damnum dantium, vel aliter paſculantium in territorio Terræ Caſtri Fidardi. Rub. XXXIIII.

AD tollendam, & remouendam omnem materiam damnificandi in territorio, & iuriſdictione Communis, & hominum noſtræ Terræ Caſtri Fidardi, & vt quilibet ab ipſis damnis ſaltem abſtineat metu pœnæ: ſtatuimus, prouidemus, & ordinamus, qnòd ſi quis forenſis damnum dederit perſonaliter, vel cum beſtijs in ſiluis, paſculis, & alijs bonis Communis prædicti, ſeu ſingularium perſonarum eiuſdem Communis, ſi perſonaliter incidendo arbores ſilueſtres, vel ligna inciſa exportando, ſoluat, & ſoluere debeat de facto vnum ducatum auri pro qualibet vice, & pro quolibet ligno groſſo ab ædificio: videlicet trabe, burdono, columna, plancono, vel taglione pro aſsiduis faciendis, & pro quolibet decutrente ſolidos decem denariorum, & pro qualibet arbore ſilueſtri, ſiue parua, ſiue magna, & pro qualibet vice ſolidos quadraginta denariorum: & ſi arbor illa eſſet ab ædificio, vt ſupra dictum eſt, & foret fructifera, ſoluat pro qualibet vnum ducatum anri, quia ab ædificio, & quadraginta ſolidos, quia fructifera. Si ab ædificio non foret, & eſſet fructifera, ſoluat ſolum quadraginta ſolidos denariorum. Pro quibuslibet verò alijs lignis ſilueſtribus, & non fructiferis ab igne incidendo, ſen inciſa exportando, pro qualibet ſalma lignorum viginti ſolidos denariorum pro qualibet vice ſine diminntione aliqua ſoluere compellatur. Si autem cum beſtijs: videlicet paſculando, & aliter damnum dando ſiluis, & alijs locis incultis dicti Communis, vel ſingularium perſonarum, ſoluat de facto ſine aliqua diminntione pro qualibet beſtia groſſa, & qualibet vice ſolidos viginti denariorum; pro quolibet porco, & qualibet capra, & qualibet vice ſolidos viginti denariorum; & pro qualibet pecude, & qualibet vice ſolidos decem denariorum. In terris verò ſeminatis, bladatis, ſeu vineatis, cãnetatis, cultis, ſeu plantatione arborum, aut hortis cum

beſtijs prædictis, ſi forenſis damnum dederit: videlicet intrando,paſculando,ſubpeditando,vel damnum
dando ſingulæ pœnæ prædictæ in quolibet dictorum caſum, & qualibet vice debeant duplicari. Et qui-
libet poſsit accuſare,denunciare,capere,areſtare,& ad Palatium dicti Communis ducere, & officialibus
dictæ Terræ præſentare contrafacientes in prædictis, vel aliquo prædictorum, & habeat, & habere de-
beat quartam partem pœnæ,ſi reconducens fuerit tantum priuata perſona vna,vel plures,ſeu ſi fuerit ſo-
lum officialis Poteſtatis dictæ Terræ; & aliæ tres partes pœnæ prædictæ ſint Communis. Sed ſi fuerit
officialis, & alter, ſeu alij euntes cum eo,habeant medietatem pœnæ prædictæ: videlicet officialis quar-
tam,& aliam quartam habeant alter, ſeu alij euntes cum eo. Reliqua verò medietas ſit Communis præ-
dicti. Et colligentis,ſeu accolligentium dictas beſtias damnum dare,ſiue paſculare,& incidere ſacramen-
to credatur. Prohibemusque, quòd nullus officialis dicti Communis poſsit, nec valeat inquirere, &
aliquid facere contra forenſes, vt ſupra damnum dantes in bonis Communis, & ſpecialium perſona-
rum, ſine expreſſa licentia Dominorum Priorum, & Conſilij, & ſi quis fecerit contra prædicta,ſit nul-
lius valoris.

De damno dato cum beſtijs in horto,vinea,vel canneto. Rub. XXXV.

SI alicuius bos,vaccha,equus,equa,mulus,mula,aſinus, aſina, vel dictorum generum animal non la-
ctans damnum dederit in horto,vinea,aut canneto, cuſtos ipſorum, ſiue dominus pro quolibet, &
vice qualibet in decem ſolidos denariorum puniatur. Si verò porcus,ſcrofa, aut capra, vel eorum gene-
ris animal non lactans damnum dederit in his locis puniatur cuſtos, vel horum dominus in viginti ſoli-
dis denariorum pro quolibet animali, & qualibet vice. Sin autem quodcunque aliud animal quadrupes
non lactans damnum dederit in dictis locis, vel aliquo eorum, pro quolibet, & vice qualibet in quinque
ſolidis denariorum cuſtos, vel dominus ipſius animalis puniatur. Lactans verò animal cuiuſcunque di-
ctorum generum, id eſt lac ſugens, ſiue lactarola ſemper, & in quolibet caſu damnorum, ſuper,& infra
ſpecificatorum,ſi quod damnum inferre contingat,tunc puniatur cuſtos,ſiue dominus pro quolibet ani-
mali,& qualibet vice in medietate quantitatis pœnæ,in qua illud damnum, & in illo loco puniretur, ſeu
puniendum veniret,ſi factum,ſiue illatum fuiſſet per vetus,& magnum,ſiue non lactans eiuſdem generis
animal. Lactans verò intelligatur in beſtijs groſſis per vnum annum; in animalibus verò minuctis intel-
ligatur per tres menſes. Item pro qualibet gallina,gallo,anſere, & ſimilibus damnum dantibus in dictis
locis,aut aliquo eorum pro quolibet, & vice qualibet in duodecim denarijs puniatur,& prædicta locum
habeant à Kal. Martij,vſque ad Kal.Nouembris; alijs verò temporibus dictæ pœnæ dimidientur.

De damno dato cum beſtia in blado,legumine,prato,herba cuſtodita,lino,&
ſimilibus. Rub. XXXVI.

SI equus,equa,bos,vaccha,mulus,mula,aſinus,aſina,porcus,porca, capra, vel eorum generis animal
damnum dederit in blado,lino,legumine,& his ſimilibus,puniatur cuſtos,vel dominus in defectu cu-
ſtodis pro quolibet animali,& vice qualibet in decem ſolidis denariorum. In prato enim, & herba guar-
data ſi quod dictorum animalium damnum dederit à Kal.Martij,vſque,& per totum menſem Auguſti,in
decem ſol. denariorum puniatur cuſtos, vel dominus in defectum cuſtodis. Volumus autem,quòd offi-
cialis noſter damnorum datorum,non poſſit procedere contra beſtias per eum inuentas in pratis, & ter-
ris cuſtoditis pro fœno fœnantis,niſi contra porcos per eum inuentos in prato cauare. Si vero pecus,&
aliquod animal eiuſdem generis in dictis locis,vel aliquo ipſorum damnum dederit, puniatur cuſtos, vel
dominus in defectum cuſtodis pro quolibet animali,& vice qualibet in duobus ſolidis denariorum. Item
ſi gallina,gallus,anſer,& ſimilia animalia damnum dederint in dictis locis,vel aliquo ipſorum in ſex den̄.
pro quolibet, & vice qualibet puniatur. Quæ locum habeant in maioribus beſtijs, ſiue animalibus. In
lactantibus autem dimidia pœna ſoluatur,vt dictum eſt; idem in ſimilibus fiat. Supradictæ autem pœnæ
locum habeant in blado,lino, legumine non meſſo,ſiue non carpito. In alijs autem ſeruetur ſpeciale or-
dinamentum,poſitum infra circa finem huius Quinti libri,ſub rub. de pœnis damnorum datorum in bla-
do,lino,legumine meſſo,ſiue carpito.

De damno dato cum beſtijs in campo ſtoppiato, maieſe, vel ſodo. Rub. XXXVII.

SI bos, vaccha, equus, equa, aſinus, aſina, mulus, mula, & ſimilia animalia damnum dederint paculando, vel capiſtando in campo ſtoppiato, ſodo, maieſe, & ſimilibus locis, puniatur cuſtos, vel dominus in defectum cuſtodis per accuſationem tantum damnificati, & non aliter, in decem deñ. pro quolibet animali, & vice qualibet, præcedente prohibitione, proteſtatione, vel contradictione damnificati, & nihilominus pro contemptu prohibitionis, punitio inferatur ſecundum formam ordinamenti de hoc loquentis.

De damno dato cum beſtijs in arboribus, & pomis. Rub. XXXVIII.

SI capra, vel eius generis animal damnum dederit corrodendo in aliqua arbore oliuarum, ficus, piri, mali, vel alterius arboris fructiferæ, & domeſticæ, in decem ſol. deñ. pro quolibet, & vice qualibet puniatur cuſtos, vel dominus in defectum cuſtodis. Si autem bos, vaccha, equus, equa, aſinus, aſina, mulus, mula, & ſimile animal damnum dederit corrodendo in dictis arboribus pomiferis, & fructiferis, in quinque ſolidos denariorum pro quolibet animali, & vice qualibet cuſtos, vel dominus in defectum cuſtodis puniatur. Pro qualibet pecude, capra, & porco, vel animali eorum generis paſculante in olilueto, vbi nõ eſſent collecta poma à medio menſe Octobris, vſque quo oliuarum poma fuerint collecta in loco, ſeu poſſeſſione, vbi fuerint animalia reperta, pro quolibet animali ſupradictorum in decem ſolidis denariorum vice qualibet puniatur. Adijcientes ad obuiandum malitijs, quòd prædicta locum non habeant in oliuetis, vbi eſſent poma oliuarum collecta, etiam ſi tres, aut quatuor arbores remanſiſſent, quorum poma non fuerint collecta, quo caſu damnum dantes cum beſtijs, non puniantur per inuentionem officialis, ſed ad denunciationem patroni teneantur ad emendationem damni in duplum. Pœnæ autem contra beſtias corrodentes dictas arbores ſtatutæ omni tempore firmæ ſint. Si porcus, ſcrofa, vel eorum generis animal damnum dederit in pomis ficuum, nucuum, pirorum, malorum, vel glandis extra ſiluam in decem ſolidis denariorum pro quolibet, & vice qualibet puniatur: dum tamen pro minuctis, & lactantibus pœna dimidietur.

De damno dato per beſtiam ex tranſcurſu, & impunitate ipſius. Rub. XXXIX.

NONNVNQVAM beſtiæ ex muſcarũ aculeis, & alijs de cauſis in ferocitate aufugiunt, & tranſcurrunt inuitis cuſtodibus, ſeu dominis earum, & ſic abſque eorum dolo, & culpa damnum contingit. In quibus caſibus, & quolibet eorum prohibemus, ne aliquis teneatur ad pœnam, quouis modo culpabilis apparuerit, vel damnum præſtiterit. Et quod beſtia dicto modo per tranſcurſum dederit damnum contra voluntate cuſtodis, vel domini ſtetur, & credatur ſacramento id allegantis, cuius interſit cum dicto vnius teſtis idoneæ, & bonæ famæ.

De pœnis damnorum datorum in blado, lino, legumine, vel ſimili meſſo, vel carpito. Rub. XL.

SVPERIVS erat prouiſum ſuper damnis per boues, & ſimiles beſtias datis in blado, & ſimilibus nulla diſtinctione, vel differentia facta inter meſſum, & carpitum, vel non, quòd non immeritò videbatur imprudens, quate latius prouidemus, vt de damno, quòd dari contigerit per aliquam beſtiam in blado, lino, vel legumine meſſo, vel carpito, & ſimili, vel nondum in ara, vel in alium montonem cauſa componendi adunato: tunc pro quolibet animali, & qualibet vice ſoluatur, & exigatur pœna in dimidia pluri, ſiue in dimidia quantitate vltra pœnæ quantitatem, quæ hac de cauſa cauta eſt, & continetur ſupra in ordinamento ſub Rubrica, De damno dato cum beſtijs in blado &c. Et hoc ſiue in montonis, ſiue in couis ſpartis, ſiue in monticellis, vel aliter ſpartim exiſtentibus meſſis, vel carpitis, ſiue etiam in faſſibus ligatis. Pro eo autem damno, quòd datum fuerit in iam admuchiato, ſiue in meta compoſito, ſeu ad aram, vel ad alium locum reducto, vel cauſa componendi, aut tritulandi adunato, aut congregato in ſimilem montonem, vt moris eſt, blado, lino, legumine, & ſimilibus, ſiue in muchia, ſiue in meta, ſiue in montone exiſtente pro quolibet animali damnum dante, & qualibet vice ſol-

uatur,& exigatur pœna duplicata eius quantitatis,quæ cauta eſt,& continetur in dicto ordinamento ſub rub.prædicta.De damno cum beſtijs dato in blado,&c. Ita quòd illud ordinamentum locũ habeat,& duret in damnis bladi,lini,leguminis,& ſimilibus non meſſi,nec carpiti. Præſentis ordinamenti verò prima pars locum habeat,& ſeruetur in iam meſsis,ſiue carpitis,vt ſupra: ſed non compoſitis, ſiue adunatis,vt ſupra locum habeat,& ſeruetur. Tertio loco adijciatur hic pœna imponenda pro damno dato, ſiue inferendo per aliquam beſtiam in blado,legumine,& ſimili iam tritulato,vel triſcato,ſeu excuſſo,concio, lainoſo,ſiue non concio. Et tunc pro quolibet animali, & qualibet vice ſit, & ſoluatur pœna in tertia parte maior,quam ſit pœna duplicata proximè prædicta,& ſtatuta ſuper admuchiato,ſiue adunato.

Quòd nulla animalia paſculent,neque intrent ſtoppialia,donec bladum non fuerit inde ablatum. Rub. XLI.

ITEM ſtatuimus, & ordinamus, quòd animalia cuiuſcunque generis exiſtant, non intrent,neque paſculent in alienis ſtoppialibus cuiuſcunque generis bladi,abſque expreſſa licentia domini, vel poſſeſſoris ſtoppialium ,ſcripta manu officialis damnorum datorum, aut cuiuſcunque alterius Notarij ,cum ſubſcriptione officialis prædicti,ab eo facienda ſine aliqua ſolutione,cum duobus teſtibus fide dignis,donec de illo,ſeu de illis ſtoppialibus vniuerſa ſeges,ſiue bladum non fuerit inde ablatum, ſeu in vnum cõpoſitum,ſeu admuchiatum,ſub eadem pœna, qua puniretur ſi damnum dediſſent in bladum nondũ meſſum,pro quolibet animali,& qualibet vice pro ſolo ingreſſu, ſiue paſculatu. Et ſi damnum aliquod ibidē inferetur, nihilominus pro ipſo damno puniatur.

De damno dato cum beſtijs ad paleare, ſiue muchiono paleæ,ſiue fœni. Rub. XLII.

HAC præſenti lege municipali ſtatuimus,& ordinamus,quòd ſi quis cum beſtijs cuiuſcunque generis damnum dederit ad alienum paleare,ſiue muchionum paleæ,ſiue fœni vbicunque erectum,compoſitum,& ordinatum cum maiolo, ſiue ſtanga in eius centro affixa, vel ſaltem ſepibus circundatum: videlicet ipſum paleare,ſiue muchionum deſtruendo, ſcomponendo, lamando, commouendo,tufando,vel aliter damnum dando,pro qualibet beſtia,& vice qualibet puniatur cuſtos,vel dominus beſtiæ in defectũ cuſtodis,in decem ſol.deñ. Si verò cum dictis beſtijs damnum dederit ad aliquod muchionum paleæ,ſiue fœni in prato, area, vel alibi erecto, compoſito, ſiue facto, non tamen ſepibus circundato,& abſque maglioli, ſiue ſtanghæ affixione cauſa ipſum alibi reponendi, ex præcepto noſtri regiminis puniatur cuſtos beſtiæ,vel dominus in defectu cuſtodis pro qualibet beſtia, & vice qualibet in quinque ſol.denariorum. Adijcientes,quòd nullus officialis poſſit ſcribere aliquas beſtias,aut perſonas viſas per eum à longe damnum dare in omnibus damnis datis,& dandis,ſi eas perdiderit ab oculis,& non aliter.

De impunitate damnum dantium in pratis, & herbis guardatis, aut fœno non ordinatæ compoſito,poſt tranſactum menſem Auguſti. Rub. XLIII.

MALIGNANTIVM caliditatibus nos reparare volentes iuxta poſſe: ſtatuimus,& ordinamus, quòd ſi quis haberet herbam pratiuam,ſiue herbam ghiffatam in noſtro territorio,& eam non fœnauerit, & reportauerit ad domum, ſeu non compoſuerit in vno muchiono ordinato per totum menſem Auguſti ad iudicium Dominorum Priorum, qui pro tempore erunt damnum dantes in talibus herbis nõ fœnatis,ſiue non compoſitis, vt ſupra, poſt tranſactum dictum menſem Auguſti ad pœnam aliquam, & damni emendationem minimè teneantur.

De extremitatibus, quæ caperentur per officiales declarandis per Dominos Priores noſtræ Terræ. Rub. XLIIII.

QVIA aliquando plerique officiales noſtri Communis,aut ira,aut odio, aut auiditate quadam pecuniæ rapiendæ incenſi,ſolent aliquas extremitates aſſumere contra noſtros terrigenas, & habitatores, quibus grauiter aliquando homines noſtri indigna animaduerſione plectuntur, cernentes omnem extremitatem eſſe vicioſam: ideo hac præſenti cenſura ſtatuimus,& ordinamus,quòd omnes extremi-

tremitates,quæ caperentur per officiales quoſcunque noſtri Communis contra noſtros homines, & habitatores,& alios quoſcunque,tam in damnis datis,quàm etiam in extraordinarijs, & alijs in officio eorum contingentibus, Domini Priores, qui pro tempore erunt,habeant authoritatem,& poteſtatem,maturiori quodam conſilio inter eos habito videndi, & eas extremitates a d eam declarationem reducendi, prout eis videbitur æquitati conuenire. Et quicquid in prædictis fuerit per dictos Dominos Priores declaratum,dicti officiales vinculo iuramenti,& pœna decem lib.deñ.de ſuo ſalario obſeruare teneantur.

POENAE IN DAMNIS DATIS EX REFORMATIONIBVS VETERIBVS EXTRACTAE.

IN prima, che tutte beſtie groſſe ſiano tenute pagare,retrouate à dar danno in vigne,horti, piantate, canneti, d'ogni tempo bolognini diece per ciaſcuna beſtia, & ciaſcuna volta, che darà danno,& le beſtie minute s'intendano tre beſtie per vna.

Item,che le beſtie ſopradette dando danno in grani, biade, legumi, & ſimili, ſiano tenuti li padroni di eſſe pagar bolognini cinque per beſtia,da pagarſi alla Comunità, ò vero à chi lei deputarà, intendendoſi da Calende d'Ottobre,inſino à Calende di Marzo,da quello impoi s'intendano duplicate per ciaſcuna volta.

Item ſe li ſopradetti animali ſaranno trouati à dar danno in pagliari, ò mucchioni, ſi di fieno, come di paglia,ſiano tenuti pagar diece bolegnini per ciaſcuna beſtia,& per ciaſcuna volta.

Item ſe li ſopradetti animali ſaranno trouati à dar danno à caualetti,in canteri, muchij, & altri ſimile coſe di biade,ſiano tenute pagar bolegnini diece per ciaſcuna beſtia,& ciaſcuna volta.

Item ſe ſaranno trouati i Porci à tuffare i prati etiam intorno alli pagliari di paglia,ò di fieno, ò ſotto arbori fruttiferi, exiſtenti in eſſi li frutti,ſia pena per ciaſcun Porco bolegnini cinque.

Item che le beſtie caprine quando ſaranno trouate à dar danno,come di ſopra, ſiano meſſe, & reputate per beſtie groſſe.

Item ſe le beſtie groſſe fuſſero trouate,come di ſopra,dar danno nelli prati non foſſati,cadano in pena di bolegnini diece per ciaſcuna beſtia, & per ciaſcuna volta.

Item qualunque perſona foſſe trouata guardar ſtudioſamente beſtie à far danno, ſia tenuta alla pena d'vn fiorino,oltre la pena delle beſtie per ciaſcuna volta.

Item che à neſſuna perſona,che non habbia vigna,ò poſſeda, non ſia licito portare più che doi graſpi d'vua per ciaſcuna,& ciaſcuna volta,ſotto la pena d'vn fiorino.

Et che à lauoratori non ſia lecito portare alcuna ſorte de frutti, ſenza la boletta de' padroni, ſotto la medeſima pena.

Item che neſſuna perſona poſſa cogliere vua in arbore,ò in fratte, ſenza licentia del padrone,ſotto la pena de vinti bolegnini per ciaſcuno,& per ciaſcuna volta.

Item che à neſſuno ſia lecito carpire lini ſenza licentia del padrone,ſotto pena d'vn fiorino per ciaſcuno,& ciaſcuna volta.

Item che quelli,che ſaranno perſonalmente trouati in vigne, dopoi, che ſaranno vendemiate,ſino à Calende di Marzo paghino bolegnini cinque; & dal meſe di Marzo in poi qualunque perſona ſarà trouata in vigne à cogliere frutti, ſia pena fiorino vno, & cogliendo doi graſpi d'vua, ſia pena fiorini doi, & da due graſpi in sù,ſia pena bolegnini diece per graſpo per ciaſcuna volta, & per ciaſcuna perſona,oltre la pena predetta.

Item chi ſarà trouato tagliar legne ſaluatiche dentro alle locare, paghi di pena bolegnini venti; & legne di cerqua,pero,melo,& altri arbori fruttiferi,bolegnini diece per ramo, & tagliando da piedi,ſia pena libre dodeci,& li piantoni d'oliue,cinque fiorini per ciaſcuno,& ciaſcuna volta.

Item à coglier frutti domeſtici,ſia pena bolegnini venti per ciaſcuno, & ciaſcuna volta; & quelli che

ſaranno

ſaranno trouati à sbattere,ſia pena libre diece,vt ſupra.

Item à portar tutte ſorti di legne da frutto, che poſſa procedere l'officiale in ogni luogho contra li portanti, & che il dante danno ſia tenuto moſtrare all'officiale doue l'hà tagliate, altrimente li ſia pena bolegnini diece per ciaſcuno,& ciaſcuna volta,& il padrone ſia tenuto per il garzone portandole à lui.

Item,che neſſuna perſona poſſa togliere ne fieno,ne paglia nelli pagliari,ò muchij,& quando ſarà trouata perſonalmente,paghi bolegnini diece per ciaſcuno,& ciaſcuna volta,& trouandogli per viaggio,ſia tenuto moſtrare, doue l'hà tolta,come di ſopra.

Item ſe alcuna perſona ſarà trouata ſpigare nelli campi,quando ci ſono li caualletti,ſenza licentia del padrone,paghi bolegnini venti per ciaſcuno,& ciaſcuna volta.

Item ſe alcuna perſona ſarà trouata cogliere legumi di qual ſi voglia ſorte, cada in pena di bolegnini venti per ciaſcuno, & ciaſcuna volta, & togliendo detti legumi poi, che foſſero carpiti dalli mucchioli, ſia pena fiorini dui per ciaſcuno, & ciaſcuna volta; & ſe alcuna perſona ſarà trouata far herba in prati,ò vero mietere qualunque ſorte di biada in herba,ſia pena fiorini due,& à far la cannafoglia bolegnini diece per ciaſcuno,& ciaſcuna volta,& à far l'herba in canneto, ſia la ſopradetta pena di bolegnini diece, & tutte le ſopradette pene di notte s'intendano duplicate.

CAPITVLA PROVENTVS, ET OFFICII INVENTIONVM DAMNORVM DATORVM TERRAE CASTRI FIDARDI

obſeruanda per officialem damnorum datorum.

Capitulo I.

IN primis, quòd officialis maior damnorum datorum Terræ Caſtri Fidardi,& officiales eius teneantur,& debeant exercere,& procedere in dicto officio damnorum datorum,ſecundum formam ſtatutorum dictæ Terræ, ac etiam ſecundum formam ordinamentorum, & reformationum dictæ Terræ, tam factarum, quàm faciendarum ſuo durante tempore, & præcipuè in ſiluis Communis.

Quòd maior officialis tenere poſsit duos officiales. Cap. II.

ITEM, quòd dictus maior officialis poſsit habere, & tenere duos officiales forenſes cum duobus cuſtodibns terrigenis approbandis de Prioratu in Prioratum per Mag. DD. Priores, qui ſtent ſalario, ſumptibus,& expenſis dicti emptoris: alias inuentiones ſint nullæ,& nullius valoris.

Quòd ipſe officialis procedere poſsit in damnis datis cum vno teſte. Cap. III.

ITEM, quòd maior officialis prædictus poſsit, & valeat procedere in damnis datis cum vno teſte fide digno.

Quòd dicti officiales poſs int ire de nocte ſine lumine cum armis. Cap. IIII.

ITEM, quòd dictns maior officialis,& officiales eius poſsint ire die, noctuqne, etiam ſine lumine, & portare arma defenſilia,& offenſilia,non prohibita, extra Terrã, & per territoriũ dictæ Terræ impunè.

De modo procedendi in damnis datis. Cap. V.

ITEM, quòd dictus maior officialis debeat procedere iuridice, & ſeruatis ſeruandis contra damnum dantes,citando, & ſententiando in ſcriptis ſecundnm formam dictorum ſtatutorum, & præcipnè ſeruare debeat ſtatutnm poſitum in Quinto libro,de præſcriptione proceſſus damnorum datorum,& de eius expeditione ſub Rub.decima.

Quòd

Quòd Domini Priores ſint iudices ordinarij in extremitatibus. Cap. VI.

ITEM, quòd Magnifici Domini Priores, qui ſunt, & erunt pro tempore ſint, & debeant eſſe iudices ordinarij ſuper omnibus differentijs, & extremitatibus damnorum datorum, & quibuſcunque inuentionibus illicitis. Et id, quòd per eos fuerit ſententiatum, & declaratum, dictus officialis habeat ratum, & firmum. Necnon ſtare, & acquieſcere debeat dictæ ſententiæ, & declarationi, nec ab ea poſsit appellare, nec habere recurſum modo aliquo ſub pœna decem lib. denariorum Communi noſtro applicandorum, pro quolibet, & vice qualibet, qua fuerit contrafactum, tam ante condemnationem, quàm poſt condemnationem per decem dies.

Quòd Domini Priores poſsint eligere alios officiales ſuper ſiluis, vallatis, & paſcuis Communis. Cap. VII.

ITEM, quòd M.D. Priores, qui ſunt, & erunt pro tempore poſsint, & debeant ſemper, & quandocunque eligere, & deputare vnum, vel plures officiales, prout eis videbitur neceſſarium, & opportunum fore ſuper ſiluis Communis, & vallatis molendinorum, & fraudibus, in paſcuis dictæ Terræ Caſtri Fidardi; & illi ſic electi, & deputati, poſsint, & valeant facere inuentiones, & procedere, & exigere ſecundum formam noſtrorum ſtatutorum, & ordinamentorum pœnas debitas pro noſtro Communi, & pro ipſis officialibus dictas inuentiones facientibus.

Quòd Communitas poſsit deputare officiales, & cuſtodes per damnum datum in vineis, cannetis, & fructibus. Cap. VIII.

ITEM, quòd Communitas dictæ Terræ poſsit vendere prouentum hunc, vel deputare officiales, aut guardianos iuratos, prout dicto Communi magis placuerit: videlicet ſuper damnis, quæ fiunt in vineis, cannetis, & fructibus arborum, pendentibus vuis, & fructibus, incipiendo à Kal. Aprilis per totum menſem Octobris proximè futurum; & nihilominus dictus emptor, & eius deputati in præmiſsis poſsint etiã procedere in dictis locis, ſed non poſsint ſe modo aliquo intromittere in inuentionibus faciendis per dictos emptores, ſeu deputatos, vt ſupra, nec modo aliquo impedire, vel partem aliquam petere.

Quòd condemnationes fiant poſt veſperas. Cap. IX.

ITEM, quòd dictus maior officialis non poſsit condemnare, niſi ſeruatis ſeruandis, & poſt veſperas, alias ſententiæ ſint ipſo iure nullæ, & nullius efficaciæ.

Quòd ſententiæ ſcribantur duplicatæ pro auſcultatione. Cap. X.

ITEM, quòd dictus maior officialis debeat dare ſententias duplicatas in publicam formam continentes in ſe tenorem, & ordinem ipſarum, de quibus vnam det noſtro Cancellario pro auſcultatione, & alteram pro ſe retineat.

Quod dictus officialis exigat condemnationes ſumptibus ſuis. Cap. XI.

ITEM, quòd dictus maior officialis teneatur exigere omnes condemnationes, & facere, vel fieri facere pro eis executionem ſumptibus ſuis ſine aliqua mercede, vel ſolutione condemnatorum. Et nullo modo poſsit ſecum ducere vicarium, vel alium quemcunque officialem, niſi contra ſe opponentes in executionibus, per eum faciendis, & eas fieri negantes, & ſi ſecus fecerit incurrat pœnam decem librarum denariorum, noſtro Communi applicandorum.

Quòd dictus officialis non ſe in intromittat reconductionibus animalium. Cap. XII.

ITEM, quòd dictus maior officialis non poſsit ſe intromittere in reconductionibus animalium, quæ omnino ſint, & eſſe debeant noſtri Communis.

Quòd

Quòd dictus officialis emat officium eius periculo,& fortuna. Cap. XIII.

ITEM, quòd dictus maior officialis emat dictum officium,ſiue prouentum omnibus ſuis periculo, riſico,& fortuna,tam guerræ,quàm peſtis,& omnium aliorum caſuum fortuitorum,& non fortuitorum ſolitorum,& inſolitorum,ac inſolitiſsimorum,qui poſsēt accidere eius durante officio. Et dicta de cauſa non poſsit petere aliquam recompenſam, gratiam, ſiue ſgrauamen ſub pœna quinquaginta ducatorum auri applicandorum pro medietate Cameræ Apoſtolicæ,& pro altera medietate Communi dictæ Terræ Caſtri Fidardi.

Quòd pretium officij ſoluatur de ſextaria in ſextariam. Cap. XIIII.

ITEM, quòd dictus maior officialis teneatur, & debeat ſoluere, & ſatisfacere dicto Communi totum id,quòd fuerit conuentum cum ipſo Commune ratione dicti officij de duobus menſibus in duos menſes pro rata pretij conuenti; & caſu quo non ſoluerit dicto termino elapſo, incurrat pœnam quarti pluris illius ſextariæ,quam ſoluere debeat dicto Communi applicandam: præterquam de prima ſextaria, de qua habilitetur,vſque ad ſecundam ſextariam.

Quòd dictum officium duret per annum vnum. Cap. XV.

ITEM, quòd dictum officium duret annum vnum; quo finito,non poſſit,nec debeat dictum officium vlterius exercere,nec citare,condemnare, exigere, nec aliud quicquam modo aliquo facere, nec valeat impetrare aliquam dilationem,vel reſcriptum,tam à Reuerend.D. quàm à dicto Communi pro dicta occaſione;& caſu,quo impetrauerit, incurrat pœnam viginti quinque ducatorum auri, applicandorū pro medietate Cameræ Apoſtolicæ,& pro alia dicto Communi; præterquam in inuentionibus,quæ fierent in vltimo menſe ſui officij, dictus maior officialis poſſit infra ſequētem menſem dictas inuentiones citare,condemnare,& exigere. Quo menſe finito nō poſsit amplius ſe intromittere,vt ſuperius dictū eſt.

Quòd animalia reconducta per dictos officiales debeant retineri per diem naturalem, ante quam in hoſpitio mittantur. Cap. XVI.

ITEM, quòd animalia, quæ reconducerent dicti officiales,debeant retineri, & cuſtodiri per eos, donec patroni inueniantur per diem naturalem viginti quatuor horarum, antequam conſignentur hoſpitatori,& in hoſpitio detrudantur.

Quòd dictus officialis exigat partem patroni. Cap. XVII.

ITEM, quòd dictus maior officialis teneatur,& debeat exigere partem patroni damnum paſci, & eā dicto patrono cū effectu tradere, & conſignare, antequam dictus officialis exigat partē ſuam ſub pœna dupli dictæ partis patroni,ipſi patrono de facto applicanda, & extimationis damni.

Quòd officiales reconducere non poſsint animalia conuicinorum ſine licentia Dominorum Priorum. Cap. XVIII.

ITEM, quòd dictus maior officialis,& officiales eius, non poſsint, nec valeant reconducere animalia noſtrorum conuicinorum, reperta in paſcuis dictæ Terræ Caſtri Fidardi ſine affida,abſque ſpeciali licentia Dominorum Priorumpro tempore exiſtentium ſub pœna decem lib.deſi.Communi noſtro applicandorum pro qualibet vice,qua contrafecerint,& nihilominus dicta reconductio ſit nulla.

Quòd officiales ipſi in inuentionibus perſonalibus, & cum animalibus conuicinorum procedere non poſsint ſecundum formam tranſactionum. Cap. XIX.

ITEM, quòd dictus maior officialis, & officiales eius in inuentionibus faciendis, tam perſonaliter, quàm cum animalibus noſtrorum conuicinorum in territorio,& pertinentijs noſtris, non poſsint modo ali-

do aliquo procedere in præmiſsis, niſi ſecundum formam tranſactionum, & capitulorum factorum per noſtrum Commune cum dictis conuicinis, ac etiam conſuetudinum, ſub pœna decem lib. denariorum, pro quolibet contrafaciente, & vice qualibet, Communi noſtro applicanda; & nihilominus dicta inuentio ſit nulla, & nullius valoris. Addentes, quòd ſine expreſſa licentia Dominorum Priorum pro tempore exiſtentium non poſsint dicti officiales ad executionem procedere dictarum inuentionum. Sed præfati Domini Priores ſemper, & omni tempore de dictis inuentionibus factis contra conuicinos, ſint, & eſſe debeant, iudices ordinarij, & de illis diſponere poſsint ad ipſorum libitum, ac illas taxare, & limitare poſsint in totum, vel in partem, prout eius videbitur, & placebit. Et id, quòd præfati Domini Priores taxauerint, limitauerint, aut declarauerint, dicti officiales habeant ratum, & firmum, & non poſsint modo aliquo appellare, nec recurſum habere ad Superiorem, ſub dicta pœna, vt ſupra applicanda.

Quòd officiales ipſi, & cuſtodes non poſsint portare fructus aliquos. Cap. XX.

ITEM, quòd dictus maior officialis, & officiales eius, & cuſtodes nō poſsint portare fructus aliquos, & ſi portauerint incurrant pœnam viginti bon. pro quolibet, & vice qualibet Communi noſtro applicandorum de facto, & quòd omnes poſsint eſſe accuſatores.

Quòd non fiant per ipſos officiales aliquæ compoſitiones. Cap. XXI.

ITEM, quòd dictus maior officialis, & eius officiales non poſsint, neque valeant facere aliquas cōpoſitiones cum aliqua perſona pro damnis inferendis, tam cum perſonis, quàm cū animalibus in territorio noſtræ Terræ, ſub pœna viginti quinque ducat. auri Cameræ Apoſtolicæ applicandorum pro medietatē, & pro alia medietatē Cameræ Communis dictæ Terræ pro quolibet, & vice qualibet.

Quòd Communitas in venditionibus macellorum, & affidationibus animalium capitulare poſsit ſine contradictione dicti officialis. Cap. XXII.

ITEM, quòd dicta Communitas poſsit, & valeat ſemper, & quandocunque in venditionibus macellorum dictæ Terræ, & affidationibus animaliū capitulare, & conuenire cum emptoribus dictorum macellorum, & affidantibus animalia, in, & ſuper pœnis damnorum datorum: prout dictæ Communitati, ſeu Prioribus pro tempore exiſtentibus, vel officialibus paſcuorum videbitur, & placebit, ſine aliqua cōtradictione dicti maioris officialis, & præſertim in dictis macellis tranſactis, & affidationibus factis, & faciendis durante eius officio. Qui quidem maior officialis in aliquo præmiſſorum contrauenire, nec petere aliquod intereſſe de pœnis exemptibus, & eximendis pro dictis cauſis: ſed maneat ratum, & firmum, quòd ordinatum eſt, vel fuerit.

Quòd licentiæ ſubſcriptæ manu Cancellarij, vel manu officialis valeant, & teneant. Cap. XXIII.

ITEM, quòd licentiæ dandæ durante conducta, & locatione dicti prouentus; tam ſi fuerint ſpeciales, quàm generales, dummodo ſint ſubſcriptæ manu Cancellarij noſtri Communis, vel manu maioris officialis emptoris dicti prouentus, valeant, & teneant. Et ꝙ licentiæ generales extendantur ad omnia, & ſingula bona dantium, & cōcedentium ipſas, ac ſi eſſent ſpeciales non obſtante ſtatuto aliter diſponente, & quod dictus maior officialis teneatur gratis ſubſcribere quaſcunque licentias ſibi porrigendas.

Quòd cuſtodes quandocunque caſſari poſsint per dominos Priores. Cap. XXIIII.

ITEM, quod cuſtodes poſsint ſemper, & quandocunque per Dominos Priores pro tempore exiſtentes, caſſari, & licentiari, prout illis videbitur, & placebit.

Quòd officiales ipſi procedere non poſsint contra animalia paſcentia in fractis molendini flumicelli. Cap. XXV.

ITEM, quòd dictus maior officialis, & officiales eius non poſsint procedere contra animalia paſculantia in fractis molendini flumicelli Communis, reformatione ſuper idem loquente non obſtante.

Quod

Quòd dictus officialis teneatur dare copiam omnium inuentionum intra duos dies. Cap. XXVI.

ITEM, quòd dictus maior officialis teneatur, & debeat durante tempore conductæ dicti prouentus, & officij dare, & conſignare Cancellario noſtri Communis, vel eius ſubſtituto copias omnium, & ſingularum inuentionum faciendarum intra duos dies, prout fient, vel die ſequenti, alias inuentiones, de quibus copiæ datæ non eſſent, vt ſupra ſint nullæ, & nullius valoris.

Quòd dicti officiales procedere non poſsint contra animalia paſcentia in glandibus ante Kalend. Octobris. Cap. XXVII.

ITEM, quòd dictus maior officialis, & officiales eius quoquo modo procedere non poſsint ante Kal. Octobris contra animalia cuiuſuis generis paſcentia, & damnum dantia ad glandes, quibuſcunque non obſtantibus.

De Syndicatu dictorum officialium in fine officij. Cap. XXVIII.

ITEM, quòd dictus maior officialis cum dictis ſuis officialibus, & familia in fine dicti ſui officij debeat ſtare ad ſyndicatum coram Dominis Syndicatoribus deputandis per tres dies ad reddendam rationem adminiſtrationis ſui officij, & ſtare, & parere omni ſententiæ dandæ, & ferendæ per dictos Dominos Syndicatores, ſub pœna vigintiquinque ducat. auri Cameræ Apoſtolicæ applicandorum, pro medietate, & pro alia medietate Communi Caſtri Fidardi: necnon teneatur reſtituere, & conſignare dictis Dominis Syndicatoribus eo tunc libros inuentionum, & condemnationum, tam exactarum, quàm non, ſub eadem pœna.

De notificatione facienda condemnatis de ſententia lata contra eos infra triduum. Cap. XXVIIII.

IN primis, quòd dictus maior officialis damnorum datorum teneatur, & debeat infra triduum poſt latas ſententias cuilibet condemnato perſonaliter, uel domi cum vno teſte condemnationes ipſas notificare: alias condemnatio ipſa ſit nulla, nulliuſque valoris, & efficaciæ, & per ipſum officialem exigi non poſsit, ſi ſecus fuerit.

De tranſitu perſonaliter per vineas, & canneta. Cap. XXX.

ITEM, quòd per tranſitum perſonaliter per vineas, & canneta à Kal. Nouembris per totum menſem Martij ſi damnum aliquod illatum non fuerint, dicti officiales procedere non poſsint, nec debeant ad pœnas niſi ſecundum formam ſtatutorum: reformatione in contrarium ædita non obſtante.

De notificatione inuentionum patrono damnum paſſo. Cap. XXXI.

ITEM, quòd dictus maior officialis teneatur, & debeat infra decem dies à die factæ inuentionis notificare Domino, & patrono poſſeſsionis damnum paſſo inuentionem factam de damno, ſibi illato, vt petere poſsit partem ſibi deuenientem, & emendationem damni illati, alias inuentio ſit nulla, & incurrat pœnam decem lib. deñ. de facto exigendam, ſine aliqua diminutione, & noſtro Communi applicandam.

De obedientia danda Dominis Prioribus per dictos officiales. Cap. XXXII.

ITEM, quòd dictus maior officialis teneatur, & debeat obtemperare, & obedire mandatis M.D. Priorum pro tempore exiſtentium, quacunque de cauſa faciendis, ſub pœna eorum arbitrio imponenda, & de facto ſine aliqua diminutione exigenda, noſtroque Communis applicanda.

De obſeruantia Capitulorum. Cap. XXXIIII.

ITEM, quòd dictus maior officialis teneatur, & debeat obſeruare omnia, & ſingula ſupradicta capitula ad vnguem, alias incurrat pœnas prædictas, & vbi non eſt pœna expreſſa, & appoſita, incurrat pœnam xxv. lib. deñ. pro qualibet vice, qua fuerit contrafactum Communi noſtro applicandarum.

CAPI-

CAPITVLA PROVENTVS, ET OFFICII ACCVSATIONVM DAMNORVM DATORVM COMMVNIS, ET HOMINVM Terræ Caſtri Fidardi.

Quòd accuſæ producantur in ſcriptis,& ſubſcribantur. Cap. I.

IN primis, quòd officialis accuſationum, & eius collega non poſsint, nec modo aliquo debeant recipere aliquas accuſas; niſi in ſcriptis productas, & manu Cancellarij ſubſcriptas, in qua ſubſcriptione fiat mentio de numero teſtium in ea deſcriptorum. Quarum à tergo infra decem dies à die porrectæ,& exhibitæ accuſæ deſcribatur extimatio dãni illati manu extimatorum Communis,vel Cancellarij,aut alterius notarij. Quam quidem accuſam dictus officialis regiſtrare debeat in eius libro de verbo ad verbum, quo facto dicta accuſa, ſic ſubſcripta extimata, & regiſtrata, vt ſupra ponatur, & conſeruetur in filza ordinata in Cancellaria Communis, vt ibi ſemper appareat, ne fraus aliqua committatur, alias accuſæ,in quibus prædicta forma ſeruata non fuerit, ſint ipſo iure nullæ,& nullius valoris, & efficaciæ; & officialis contrafaciens incurrat pœnam x. lib. den. noſtro Communi de facto applicandorum,ſine aliqua diminutione exigendam.

De extimationibus faciendis in bladis. Cap. II.

ITEM, quòd extimationes faciendæ in bladis,& in cæteris ſeminatis,licet non poſsint extimari damna: niſi de menſe Maij, vt moris eſt, in reuidendo ſuperſedeatur,& nihilominus accuſæ recipiantur,& expediantur,facta fide per extimatores,quòd damnum illatum viderint,reſeruando eis ad dictum tempus menſis Maij pro reuiſione,& extimatione de illato damno facienda.

Damna perſonaliter illata. Cap. III.

ITEM, quòd in damnis perſonaliter, ſiue ſtudioſæ illatis poſsint,fieri accuſæ ſeruato ordine in primo capitulo deſcripto: etiam, quòd damna illata non fuerint extimata.

De modo procedendi. Cap. IIII.

ITEM, quòd officialis ipſe procedat ſecundum formam ſtatutorum, & n on aliter, & cædulas mittat extenſas de damnis illatis,& animalibus probatis per Bayulos Communis, cuius relatio appareat etiã ſcripta manu Cancellarij,& credatur dato, quòd citatio ipſa non ſit facta in præſentia teſtium.

De teſtibus dandis petentibus. Cap. V.

ITEM, quòd teſtes debeant dari per officialem,vel dici nomina eorum petentibus gratis, alias depoſita teſtium non datorum ſint nulla. Et ſi quis vellet copiam accuſationum,& depoſitionum factarum per teſtes: non poſſit habere niſi bon. vnum pro qualibet copia danda, tam magna, quàm parua.

De teſtibus abſentibus,vel mortuis. Cap. VI.

ITEM, quòd teſtes abſentes, ſiue mortui deſcripti in accuſis,non probent in dictis accuſis, nec proſint officiali, nec patrono.

RVBRICAE ADDITAE IN VOLVMINE STATVTORVM ECCLESIASTICAE TERRAE CASTRI FIDARDI.

De modo traſactandi prouentum damnorum datorum,& de modo exercendi dictum officium, ac de nullitate inuentionum in caſu contrauentionis. Rub. I.

STATVIMVS, & ordinamus,quòd officium damnorum datorum debeat,& poſſit quolibet anno à Prioribus pro tempore plus offerenti dari,& traſactari,prius tamen conſulto generali Concilio, & de mandato præfati Concilij ſpecialiter ſuper hoc habito, & non aliter. Pariter ordinamus officialem conſtitutum non poſſe aliquo modo dictum damnorum datorũ officium alteri concedere, ſeu retrouendere ſine licẽtia expreſſa publici,& generalis Cõcilij;& quòd Cuſtodia, ſeu Guardia, quam ipſe officialis deputabit non poſsit exercere officium Cuſtodiæ,ſeu guardiæ, niſi prius fuerit approbata, de bimeſtre in bimeſtrem à publico, & generale Concilio, aliàs inuentiones factæ non valeant,& ſint ipſo iure nullæ.

De pœna eorum,qui non habent canneta,& portant cannas de nocte; & quibus danda ſit licentia ferendi cannas de die. Rub. II.

ITEM ſtatuimus, quòd nemini, non habenti canneta, ſiue arundineta, liceat aliquo modo de nocte transferre cannas,ſeu arundines,ſub pœna ſcutorum quatuor pro qualibet vice,quæ pœna pro quarta applicari debeat denunciatori,pro altera quarta exequutori, & reliquum debeat diuidi inter Communitatem,& Monaſterium Monialium: & quòd de die non poſsit fieri bulletta aſportandi cannas vecturalibus,ſed tantum fiat venditoribus cannarum.

De capitibus ſolidorum exigendis pro alienatione bonorum ſtabilium. Rub. III.

AD euitandas lites, & differentias, quæ quotidie in futurum oriri poſſent ſuper ſolutione capitum ſolidorum de bonis alienandis in diem: Hac præſenti lege ſancimus,& ordinamus, quòd in omni contractu alienationis celebrato,tam hic,quàm in quolibet alio loco,pro alienatione bonorum ſtabilium quoruncunque exiſtentium, tam intus Terram Caſtri Fidardi, quàm in eius territorio, & diſtrictu debeant ſolui Communitati prædictæ in manibus deputati pro quolibet floreno bononeni duo; cum antiquiſsima ſit hæc exactio inſtituta pro ſubſidio triennali,aliàs alienationis contractus,& omne inſtrumentum ſuper eo celebratum ſint ipſo iure nulla,& nullius roboris,& momenti.

De modo traſactandi prouentum damnorum datorum,& quòd ad emendam damni dati teneantur vicini,& propinquiores. Rub. IIII.

ORDINAMVS, quòd de officio damnorum datorum traſactando per annum, debeant fieri publica bannimenta,q̃ traſactabitur plus offerenti,& Domini Priores pro tẽpore debeãt accipere omnes offertas, & illas in Concilio generali immediatè congregato, proponere ad effectum, vt illa offerta, quæ vtilior,& magis expediens videbitur eſſe publicè vtilitati recipi,& acceptari valeat. Vlterius ad obuiandum concordijs malorum officialium, & intollerabilibus damnis, quæ quotidie fiunt; diſponimus, quòd ad emendam quoruncunque damnorum datorum, vel cuiuſcunque damni dati teneantur,& obligati ſint vicini proximiores loco in quo damnum datum fuerit; dummodo vicinus proximior non denunciauerit cum iuramento damnũ dantem; cuius vicini teſtimonio cũ iuramento credi volumus ſuper toto damno, quod extimari debeat à Dñis Prioribus pro tẽpore,vel ab alio ab ipſis deputato,ſiue deputando,

De Camerarijs non confirmandis, & de pœna Priorum proponentium eorum confirmationem, & etiam Cancellarij ſcribentis propoſitam. Rub. V.

CVM experientia rerum magiſtra nobis clarè oſtenderit, non modicè damnoſum fuiſſe confirmare Camerarios præteritos: ideo volentes publicè indemnitati prouidere, ſtatuimus, non poſſe aliquo modo confirmari Camerarium anni præteriti pro anno ſequenti, nec vlterius in futurum, & quòd hoc non poſsit à Prioribus proponi, nec à Cancellario ſcribi propoſita, ſub pœna quinquaginta ſcutorum applicandorum pro medietate Communitati, & pro altera medietate partim Monaſterio Monialium, & partim fabricæ Hoſpitalis.

De pœna vaſtantium fontes, ac tenentium ſues propè, per ſpatium quatuor cannarum, & proijcientium immunditias; & de pœna officialium non facientium inuentiones contra tales delinquentes. Rub. VI.

QVIA publicè intereſt fontes mundari, aptari, & conſeruari: ſtatuimus, & ordinamus fontes infraſcriptas: videlicet fontem Gualdi, fontem Putei catignani, fontem Sancti Victoris, & fontem Foſſatellorum reſarcitas, & mundatas teneri, & conſeruari debere, & quòd Domini Priores pro tempore, hanc teneantur habere curam. Item ordinamus, quòd nemo audeat illas quoquo modo vaſtare, ſeu deſtruere, ſub pœna duorum ſcutorum monete pro uice qualibet applicandorum pro medietate denunciatori, & exequutori, & pro altera medietate Cõmunitati pro reaptatione dictorum fontium. Itẽ ſi pueri, ſeu mulieres fuerint inuenti facere, vel proijcere immunditias quomodolibet in dictas fontes, cadant in pœnam vnius floreni applicandam, vt ſupra, pro quolibet; & vice qualibet. Item ſi ſues fuerint inuenti ſtare iacentes propè dictos fontes intra ſpatium quatuor cannarum, cuſtos eorum cadat in pœnam viginti bononenorum pro quolibet ſue, & vice qualibet, & dicta pœna intelligatur applicata, vt ſupra: & ſi officiales Cõmunitatis, ſcilicet damnorum datorum non reportauerint inuẽtiones, vel fecerint concordiam cum aliquo ſuper hoc, cadant in pœnam duorũ ſcutorum applicandorum pro medietate denunciatori, & exequutori, & pro altera medietate Monaſterio Monialium.

De competenti numero Ciuium, qui debent interuenire Conſilijs cælebrandis. Rub. VII.

QVIA plus vident oculi, quam oculus; ſtatuimus, & ordinamus, quòd in futurum non poſsit, nec valeat Concilium generale celebrari abſque interuentu adminus viginti duorum Ciuium, & ſi minos numerus interuenerit, omne, & totum id quòd fuerit in dicto Concilio diſpoſitum, & ſtatutum ſit, & eſſe debeat ipſo iure nullum, & nullius roboris, & momenti.

Quòd Priores non poſsint facere fides, vel ſcribere literas nomine publico, vel apponere ſigillum in ſcriptura aliqua ad beneficium particularium perſonarum, ſub pœnis in præſenti ſtatuto contentis, exceptis bullettis ordinarijs, & legalitatibus publicarum ſcripturarum. Rub. VIII.

ITEM ſtatuimus, & ordinamus, quòd Domini Priores pro tempore non debeant, nec valeant facere fides, aut ſcribere literas, vel apponere ſigillum publicum ad beneficium particulariũ perſonarum, ſine expreſſo ordine Concilij generalis, ſub pœna ſcutorum quinque pro prima vice, applicandorũ pro quarta accuſatori, qui teneri debeat ſecretus, pro quarta exequutori, & altera medietas applicetur Monaſterio, & Hoſpitali; & ſi iterum, ſeu pluries inciderint Priores, vel vnus ex eis in hunc errorẽ, ex nunc prout ex tunc, ſint priuati, & caſsi à numero Ciuium, & remoti, ac excluſi ab omni officio publico: declarantes, quòd in diſpoſitione præſentis ſtatuti, non intelligantur comprehenſæ bullettæ ordinariæ, nec legalitates publicarum ſcripturarum. Diſponentes etiã vltra prædictas pœnas, ꝙ ſcripturæ in quibus præſenti ſtatuto contrauentũ fuerit, ſint, & eſſe debeant ipſo iure nullæ, & nullius roboris, vel momenti, & præſens ordo debeat Cancellarijs in capitulis eorum cõductæ notificari, cum prohibitione, ne contraueniant ſtatuto ordini ſub pœna ad arbitrium Dominorum Priorum imponenda.

De mercato publico faciendo die Martis cuiuſlibet Hebdomadæ. Rub. IX.

AD facilitanda negocia, & comercia, ſine quibus, niſi cum maximo incommodo viuere poſſemus ſtatuimus, & ordinamus, quòd in die Martis cuiuslibet Hebdomadæ in platea publica à lodia Domini Flaminij Silentij, vſque ad domum hæredum Iacobi Caroli, debeat fieri mercatum publicum, & omnes habitantes in territorio Caſtri Fidardi teneantur venire ea die ad mercatũ, & aliquid emere, vel vendere, iuxta eorum poſsibilitatem, & ibi manere vſque ad mediam diem, & pro tota illa die mercati, omnes res venales, tam forenſium, quàm terrigenarum ſint exemptæ, & liberè ab omni onere, & ab omni ſolutione cuiuſcunque gabellæ. Et pariter ordinamus, quòd pro tota ea die non poſsit aliquis, tam forenſis, quàm terrigena pro debito ciuili citari, nec iurari ſuſpectus de fuga, nec carcerari, nec aliquo modo moleſtari, nec in bonis emptis, vel portatis ad vendendum, nec in perſona, quibuſcunque in contrarium facientibus minimè obſtantibus, & contra præſentem ordinationem facta, ſint ipſo iure nulla, & incontinenti intelligãtur annullata, & reuocata, & actor teneatur reficere omnes expenſas, & exequutor ſit ipſo facto priuatus officio.

De pœna colligentium, ſeu colticciantium oliuas ſine licentia, ſeu aſſiſtentia Dominorum, & quòd credatur domino cum iuramento, & cum vno teſte fide digno. Rub. X.

NEMIMI liceat ſine licentia Dominorum in ſcriptis, vel eorũ aſsiſtentia colligere, ſeu colticciare oliuas, ſub pœna duorum ſcutorum applicandorum, vt in ſuperiori ſtatuto, & etiam, ſub pœna berlinæ; & ſi quis de nocte fuerit inuentus, pœna prædicta duplicetur, & domino credatur cum iuramento, & vno teſte fide digno, & ſi taliter delinquentes non fuerint inuenti à domino, tunc credatur duobus teſtibus fide dignis cum iuramento.

De pœna ementium oliuas ab eis, qui non habent arbores oliuarum, ſine fide facta ab illis cum quibus venditores lucrati ſunt oliuas, & à quibus ex alia iuſta cauſa habuerint. Rub. XI.

ITEM ſtatuimus, & ordinamus, ꝙ nemini liceat emere oliuam ab eis, qui oliuarum arbores, vel quoquo modo earum fructum non habent, ſine fide facta ab eo à quo oliuam habuerunt, ſub pœna vnius auri pro quolibet, & vice qualibet applicãda, vt in præcedenti ſtatuto diſponitur. Et quia iure cautũ eſt, quòd, qui non habent in ære debeant luere in corpore, ordinamus, quòd ſi taliter delinquens non poterit ſoluere dictam pœnam ponatur ad berlinam.

De clauibus ſigilli publici. Rub. XII.

STATVIMVS, & ordinamus, quòd claues ſub quibus ſeruatur ſigillum publicũ, conſeruentur à Magnificis Dominis Prioribus pro tempore, & quod earum vna ſit ſemper in manu primi Prioris, & in eius abſentia in manu ſecundi Prioris relinqui debeat, & altera clauis ſeruetur à ſecundo Priore per viginti dies, à tertio Priore per alios viginti dies, à quarto Priore ſeruetur per reliquum bimeſtris; & nemo de Prioribus audeat ferre ſecum claues extra mœnia, ſed debeat relinquere dictas claues in manibus ſociorum; & qui prædicto ordini cõtrauenerit, incidat in pœnam vnius floreni pro quolibet, & vice qualibet applicandi pro parte fabricæ Prætorij publici, & pro alia parte Curiæ Domini Poteſtatis.

De pœna damnum dantium in plantatis, tam de die, quàm de nocte. Rub. XIII.

ORDINAMVS etiam, quòd ſi Beſtiæ magnæ fuerint, tam de die, quàm de nocte inuentæ dare damnum in plantatis, quæ ſint foſſatæ, & tremonatæ earum beſtiarum dominus, vel cuſtos incidat in pœnam bononenorum viginti pro qualibet beſtia, & vice qualibet; & pro beſtijs minutis in i lat in pœnam bononenorum decem pro qualibet, & vice qualibet, & dicta pœna pro quarta debeat applicari exequutori, vel reconductori, reliquum ſit officialium damnorum datorum.

Porci per ciaſcuno	bol.	Store per ſoma	bol. 2	Trementina per ſoma	bol. 4
Pignatte per ſoma	bol. 2	Scattole per ſoma	bol. 2	Taglieri per ſoma	bol. 2
Per ciaſcun fardello	bol. 1	Stoppa per ſoma	bol. 2	Terra getta per ſoma	bol. 2
Rotelle per ſoma	bol. 4	Suatto per ſoma	bol. 8	Taſſo per ſoma	bol. 2
Rami per ſoma	bol. 4	Selle, & ſoi finimenti per ſoma	bol. 8	Teſſuti di ſeta cõ argento	bol. 2
Raſcia di pino per ſoma	bol. 2	Stamigne, ſtacci per ſo.	bol. 2	Tauole per ſoma	bol. 2
Remmola per ſoma	bol. 2	Solfo per ſoma	bol. 2	Vino per ſoma	bol. 4
Rabia per ſoma	bol. 4	Salnitrio per ſoma	bol. 2	Viſcato per ſoma	bol. 4
Seta tratta per ſoma	bol 80	Scotano per ſoma	bol. 2	Vua per ſoma	bol. 4
Spetiaria per ſoma	bol. 8	Sale per ſoma	bol. 4	Verde di rama	bol. 4
Scarpe per ſoma	bol. 6	Suro per ſoma	bol. 4	Vitriolo per ſoma	bol. 2
Storioni per ſoma	bol. 4	Salci per ſoma	bol. 4	Vaſa di terra per ſoma	bol. 2
Sapone per ſoma	bol. 4	Squartatico debardi ꝑ ſo.	bol. 4	Zuccaro per ſoma	bol. 10
Sego,& aſognia per ſoma	bol. 4	Tignola per ſoma	bol. 4	Zafarano per fardello	bol. 2
Schiauine per ſoma	bol. 4			Zeffero per ſoma	bol. 20

Et tutte altre coſe, che non fuſſero ſpecificate in queſta præſente Tauola, ſi referiſca, e ſi paghi da ſimile à ſimile: & li fraudanti cadano in pœna de vno ſcudo per ciaſcuno, & ciaſcuna volta, che frauderanno, applicati al Gabelliero.

ROMA

Ad Usum

Fran. de Leonellis

Sidardensis

ex hered. franc. Orsini

Bibliothecæ Prov. Rom. Schol. Piarum.